



1624.

1. Eschrodus, Johannes: De pupillis ablatione et
obligatione

1642

1. Kaenig, Reinhardus: De academiis Europaeis et
eorundem fundatoribus

1644

f. Bucholz, Christophorus Trachinus: De lege Aquilia

1650.

1. Bucholz, Christophorus Trachinus: De jure Ditione

1651.

1. Brandes, Joannes Martinius: De rescriptis memoratis

1653.

1. Musaeus, Petrus: De antiqua Germanorum republica

2. Pestels, David: De judicio austriaco

1655

1. Brandes, Joannes Martinius: De jure feudali.

1655

2. Warners, Wichmannus: De publicis iudiciis

1657

1^a = Buchholz, Aristophan Tractatus: De pignorationibus

tam inter status imperii solos, quam inter
status imperii, et mediatum, seu inter solos

mediatos 2 Sumpt 1657 & 1730

1658.

1^a = Brandes, Joh. Martinus: De nullo. 2 Sumpt.

2. Brandes, Johannes Martinus: De iuramento vasallitico

3. Brandes, Johannes Martinus: De iure constituti

4. Brandes, Christophorus Tractatus: De operis ueri nunciatione
1659.

1. Postelius, David: De fidejussoribus.

hico

si

d



157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200







5573



5573

4-

Velitatio Academica III.

DE PUPILLI OBLATIONE ET
OBLIGATIONE.

Quam

Deo Ter Opt. Max. Secundante,

PRÆSIDENTE

Amplissimo, Clarissimo & Consultissimo VIRO,

**DN. JOANNE
EICHRODIO, J.U.D.**

Illustrissimi Comitis ac Domini

Dn. JUSTI-HERMANNI, Comitis Holla-
tia, Schaumburgi & Sternbergæ, Dn. Gehmæ &
Bergæ, Confiliario, & in Inclyta ad Visurgim Academia Co-
dicis & Consuetud. Feud. Professore Publico, Facultatisq;
Juridicæ Seniore, Præceptore & Promotore suo longè
suspiciendo & æviternum colendo.

IN ILLUSTRITHEMIDOS ACRÖATERIO

Ad diem 15. May horis matutinis

Publicè defendendam

suscipiet.

**JOANNES WESLINGIUS
MINDANUS.**



Rinthelij ad Visurgim

Typis PETRI LUCII, Typograph. Acad. m.

M. DC. XXIV.

4 1/2





V I R O

Magnifico, Perstrenuo atq; Nobilissimo

Dn. **Dieterich von Brinck** / Illustrissimi
ac Celsiss. quondam Principis ac Domini, Dn.
ERNESTI P. M. Proprincipi gravissimo, & Consi-
liario intimo, Hæreditario in Jggenhausen & Rie-
pen/&c. Meccenati & Promotori meo summâ devo-
tione colendo.

NEC NON

*Amplissimo, Consultissimis, Spectatissimis, Multarumq;
rerum usu & experientia. Præstantissimis Viris,*

Dn. HERMANNO WESLINGIO, JCo
Clarissimo.

Dn. HENRICO COSTADIO, Reip. Min-
densis Secretario fideliss.

Dn. JOANNI à Busch / Civi Civitatis Mind.
Primario.

*Dn. Patruo, Patronis & Promotoribus suis nullo non ob-
servantia genere prosequendis.*

Hanc Disputationem Juridicam in gratitudinis
& observantiæ æviternæ syngrapham &
sui commendationem.

Inscribit ac Offert.

JOANNES WESLINGIUS
Mindanus, &c.

Velitatio Academica III.

DE PUPILLI OBLATIONE
& Obligatione.

Resp. Iohanne Veslingio Mindano.

CONCLUS. I.



PERSONIS, quæ offerre debitum prohibentur, annumerandos esse pupillos, præcedenti dissertatione dictum. Quorum quidam prohibentur *ἀπλως* ac simpliciter: quidam *κατὰ τὴν* & relativè.

2. Quod ut ab intellectu nostro facilius apprehendatur, in mentem revocanda est nulli non nota distinctio, ex quâ hominum alii sunt Minores

Rubr. l. t. & tot. tit. ff. de Minor. l. 1. l. 2. l. 3. & l. 5. C. In quib. caus. restit. in int. Rubr. & tot. tit. C. Si min. se maior. dix. Rubr. & tot. tit. C. de in int. restit. min. cum similib. Alii maiores Rubr. & tot. tit. C. Si maior. fact. rat. hab. Rubr. & tot. tit. C. Ex quib. caus. maior. in int. restit. l. un. C. Si in comm. eademq. caus. Aliter Servius Tullius; aliter Xenophon; aliter Varro. Hic quinque; ille quatuor; iste tres ætatum gradus constituit:

3. Minorum alii sunt Impuberes; alii Puberes. De his, eorundemq; oblatione & obligatione agendum Velit. seq.

4. Impuberum sec. Hippocrat. in 3. Aphorism. Sect. Leonh. Fuchs. lib. 1. Instit. Medic. c. 5. Sect. 3. p. m. 83. & alios, quadruplex est differentia. Primo loco sunt parvi recensq; nati pueri, vix, ut Imp. loquitur in præf. Novell. 153. ex utero progressi, *νεογενὰ παῖδας*: Secundo illi, qui ad dentitionis tempus (quod septimo mense inchoare scribit Paulus Aeginet. lib. 1. Op. Med. c. 9. in princ. p. m. 16.) accedunt, & dentes jam edunt. Tertio, medii inter dentientes & pubertati proximos. Quarto loco dicunt esse eos, qui jam ad pubertatem accedunt.

5. Sed dijudicationi caluum indies emergentium in scientia Legalis plus inservit vulgaris illa distinctio, quæ vult, impuberum sive pupillorum (quæ tamen duo differunt ut latius & angustius l. ult. C. de Testam. milit. l. pupillus. 239. ibiq; Ioh. Goedd. n. 1. & Dd. ff. de V. S.) alios esse in-

G

fantes

fantes; alios infantibus maiores. Hos rursus esse, vel infantia proximos, vel pubertati proximos §. pupillus. 9. Inst. de Inut. stip. l. pupillū. 111. in princ. ff. de R. I. §. pen. Inst. de Obl. quæ ex del. nasc. l. impuberem. 23. ff. de Furt. Novell. 158. in pref. Rubr. c. 1. & seqq. Extr. de Despons. impub.

6. Quamvis apud Cic. & alios, etiam maiores 7. annis appellentur infantes, & græca dictio, ἡλικία, apud Homer. Iliad. 9. & Odyss. 1. Clem. Alexandrin. lib. 1. Pedagog. c. 6. & alios per Metaphoram homines significet stolidos atq; amentes: In jure tamen nostro Civili, illi propriè sunt infantes, qui infra septimum ætatis annum constituti, vel ἀσπίμωσ & sine ullâ vocum significatione loquuntur, vel verba proferunt mutila, imperfecta ac distorta. d. l. 5. ubi Dec. n. 3. de R. I. l. si infanti. 18. in princ. C. de Jur. delib. l. 3. C. Quæ admitt. ad bon. poss. l. in sponsalibus 14. ff. de Sponsal. c. 4. c. 5. c. 12. Extr. de Despons. impub. l. 1. §. 2. de Admin. & peric. tut. Menoch. de Arb. jud. lib. 2. Cent. 1. Cas. 57. n. 7. 8. & seqq. P. Heig. ad d. §. pupillus. 9. n. 3. P. Montan. in tr. de Jur. tutel. c. 5. n. 23. Val. Franc. in tr. de fideiuss. c. 2. n. 5. Diff. Dec. in d. l. 3. Aliter Ant. Fab. in Jurisprud. Papin. ad tit. de Tutel. Princ. 6. Ill. 9. p. m. 813. & seq. Aliter Leonh. Fach. d. c. 5. Sect. 3. p. 83. & Joh. Fernel. lib. 3. de Temperam. c. 10.

7. Apud Græcos vocantur ἑπταετείς hoc est septennes, ut videre est apud Hermenop. lib. 6. tit. 6. vel ἡλικία, à particulâ ἐν ἡλικίᾳ, ἡλικία, & verbo ἐπειν, seu nomine ἡλικία, atq; ita hoc eymon cum voce latinâ omnino coincidit.

8. De Jure Saxon. (quod cum Jure Francorum ob confirmationem à Carolo IV. in Aur. Bull. tit. 5. factam, nec non insignem in Europa usum à Jurid. Facultatis Professoribus Ernestinæ huius Academiæ sperni prohibet Illustriss. fundator noster Ernestus & c. in Statut. LL. ac Privileg. Acad. part. 1. Sect. 2. tit. 2. Statut. 3.) infantiam septennio non includi, sed ad annum decimum tertium & sex menses extendi existimant pleriq; non ultimi commatis Interpp. & noviss. Gothofr. Anthon. Diss. Feud. 8. 9. §. lit. e. & H. Vult. 1. Feud. 7. n. 64. per text. Ehenrecht. Art. 26. Cum tamen constet ex eod. jure Vid. Landr. lib. 1. Art. 23. ibiq; Apostill. ad text. & Gloss. in Vers. Ob wol es ist Kind. & Art. 42. Vers. vber 21. in Ehenrecht. c. 25. & c. 26. in princ. homines aliquanto maturius sapere, & maiores esse, perfectumq; habere iudicium statim 21. anno Schrad. de feud. part. 10. Sect. 17. n. 25. Arn. de Reig. in Process. Diss. 7. 9. 1.

9. Adhuc latius ex consuetudinibus Feudalibus infantiam extendit, Jac. de S. Greg. Curt. Jun. Nic. Mozz. Schn. Wes. Hartm. Hartm. ab Epping.

Epping. Mynsing. Hotom. Borch. Schrad. & Dd. Comm. quos referunt & sequuntur Schenck Baro à Tautenberg in c. 1. n. 7. Vers. Sextò. Quae fuit prim. caus. benef. amitt. 2. F. 24. H. Vult. d. c. 7. n. 64. & Gothofr. Anton. Diss. Feud. 8. 0. 5. e. videlicet ad decimū quartum annū completū per c. un. verb. infantia. Quo tēp. miles. 1. Feud. 22. junct §. Si minori. & §. seq. Side feud. des. content. sit. 2. Feud. 26. Princ. Vers. Præterea. de Prohib. Feud. alien. per Frid. 2. Feud. 55. Verum enim verò, cum nihil exinde probari possit, mihi religio est cum prædictis, omnibusq; aliis, sine dubio doctissimis jurium Coryphæis, idem sentire per l. illam. 19. ibi: eò quod nulla constitutio. C. de Collat. Novell. 2. c. 2. Vers. Sicut n. ibi: nec qualibet est lex tale quid dicens. Nov. 18. c. 5. in princ. quia juris est exploratiss. Contrarietatem jurium tanquam odiosam, haud facile introducendam esse l. un. C. de Inoff. dot. Ias. in l. cum falsa. circ. fin. C. de iur. & fact. ign. & in l. 7. ff. de Pact. & feudorum consuetudines à Jure Communi recipere interpretationem, quam vocant, passivam, sicut consuetudines aliæ l. 1. §. lex Falcidia. ibiq; Bart. & Alexand. ff. Ad l. Falcid. Henr. à Rosenth. in tract. de feud. c. 1. q. 15. n. 32. & c. 6. q. 77. n. 9. Cum igitur usus feudorum hoc in casu nullibi disponant contrarium, standum est omnino juri Communi §. strenuus. de Feud. cognit. 2. Feud. 1. ibiq; FF. Comm. Bald. in c. 1. in princ. n. 4. de success. feud. & in l. 2. C. de suis & legit. Rol. à Vall. Confl. 80. n. 50. lib. 1.

10. Nulli in fantes tutoribus carentes pecuniam offerre queunt, sed id ipsum, dum aliquali consilio sive judicio carent, facere simpliciter prohibentur. Ad oblationem enim requiruntur 1. mens & voluntas offerentis l. 1. l. 3. l. 5. l. si quid. 7. l. quod si forte. 14. princ. §. 2. & ult. l. 15. cum sim. ff. de Solut. & 2. Verba: non quidem pro formâ, ut in stipulatione l. omnes. 10. C. de Contrah. stip. l. 4. in fin. ff. de Recept. arb. l. 1. in princ. §. 1. §. ult. l. continuus. 137. princ. de V. O. §. 1. Inst. eod. §. præterea. 5. §. mutum. 7. §. item verborū. 11. Inst. de Inutil. stip. sed ut sint signa sive notæ eorum, quæ sunt in animâ, affectuum l. Labeo 7. §. fin. ff. de Supell. leg. Arist. lib. 1. περὶ ἐσσηνείας. c. 1. Nicol. de Lyr. ad c. 16. Deut. lit. t. & tanquam cogitationum mentis vehiculum, creditorem de offerentis ingenio instruant. Infantes autem ut loqui non possunt d. l. 1. in pr. l. mulier. 70. de V. O. l. 1. §. 2. ff. de Admin. & peric. tut. sed vel conatu ipso ac sono quodam, καὶ ἢ ἀνὰ πρὸς φωνῆ, inarticulata voce dicunt d. l. Labeo 7. §. ult. in fin. vel verba adhuc dimidiata tentant, & loquelam ipso offerentis linguæ fragmine dulciorem, aiente Arnob. lib. 8. in princ. Cæl. Rhodig. lib. 16. lect. antiq. c. 14. Ita quoq; carent sensu l. pupil-

lus. 9. ff. de Acquir. her. l. quamvis. 32. §. infans. 2. de Acquir. poss. l. 3. C. eod. con-
sensu l. infans. 12. Ad l. Cornel. de sicar. d. l. impuberem. 23. de furt. d. l. pupillum.
III. princ. de R. I. Novell. Leon. 109. scientiâ l. ult. ff. de Iur. & fact. ign. l. qui iu-
rasset. 26. in princ. junct. l. iusiurandum. 34. §. 2. ff. de Iureiur. l. 1. Vers. Impuberes.
C. de fals. monet. intellectu l. si quis suo. 33. §. 1. C. de Inoff. test. d. §. pupillus. 9.
Vers. Sed quod diximus. Inst. de Inutil. stipul. ac animi iudicio §. 1. in princ. Inst.
Quib. est permiss. fac. test. Novell. Leon. 112. Vers. ubi n. pudicitia.

II. An cum autoritate tutorum, si quos habent, ab iis debiti ob-
latio fieri possit, ἀπορία admittit probabilior? Vulgò id indistinctè
de cuiuslibet ætatis pupillo, & sic etiam de infante affirmatur. Pro quâ
sententia, præter textus alios generales, militat etiam (1) argumen-
tum ex fine l. furiosi. 5. de R. I. desumptum, ubi Paulus inquit: Pupillus o-
mnia tutore auctore agere potest. Infantem patre orbatum esse pupil-
lum, negari nequit d. l. pupillus. 239. in princ. ff. de V. S. Ergo. (2) Et si in-
fans nonum diem nondum agens absolutissimo suo sermone, interro-
gante S. Anselmo, potuit Sergium Papam Ro. ab incestus crimine li-
berare: Si infans 25. dierum Daniele Abbate potuit ab adulterio
purgare, ut post Surium in Vita S. Anselmi. c. 3. & Sophron. prat. spir. c. 114. re-
fert & testatur Sim. Maiol. in dieb. Canicul. tom. 1. Colloq. 2. p. m. 44. Col. 1. &
Colloq. 4. p. 84. Col. 2. Multò magis poterit infans, præsertim μακρομεί-
ζων, sicut loquitur Theoph. in §. pupillus. Inst. de Inutil. stip. & paulò maior, cum
tutoris auctoritate oblationis negotium expedire.

12. P. Montanus in tract. de Iur. Tutel. c. 30 n. 6. 7. & seqq. distinguit in-
ter infantes ἀλάλως, qui fari possunt: & μογιλάλως, qui loquuntur qui-
dem ægrè, attamen voce ac verbis utuntur sensum aliquem exprimen-
tibus. Illos pertutorem; hos tutore authore omnia negocia gerere
posse scribit.

13. Solidè, meo iudicio, controversia eiusmodi decidi nequit, nisi
prius explicetur omnis erroris genitrix æquivocatio, quæ est in vocabu-
lis: Auctor & Auctoritas. Ut, auctor, inter alia significat (1) eum, qui ali-
quid augmine donat (2) Promissorem, ut apud Liv. lib. 2. (3) defen-
sorem, apud Liv. d. loc. (4) eum, à quo possessionis jus, causam sive ti-
tulum habemus ut in l. sed ubi. 15. ff. de Minor. l. si servum. 4. §. 1. l. creditor. 52.
§. fin. ff. de Act. empt. l. qui rem. 3. l. auctore. 7. l. 8. l. 10. l. sive possessio. 14. l. 16. l. 17.
l. 18. l. cum successores. 23. C. de Evict. l. si per imprud. 51. princ. l. Herennius. 63. §.
1. §. seq. ff. eo. l. an vitium. 5. ff. de divers. temp. præscript. l. in his. 175. §. 1. de R. I.
passim q.

passimq; alibi: & (5) Approbatorem ut in l. 1. l. 3. & tot. tit. ff. de Auth. & Consens. tut. tot. tit. Instit. & C. eod.

14. Ita & vox, auctoritas, est ἐν τῶν πολλὰ χῶς λεγομένων, & significat (1) approbationem rescripto Principali, vel potestate Imperiali factam, ut in l. 2. princ. ff. de Adopt. §. 1. Vers. Imperatoris auctoritate. Inst. eod. (2) Consensum seu voluntatem ut in l. cum adoptio. 7. l. 8. ff. eod. l. cum alicui. 26. ff. de Negoc. gest. l. sive generalis. 61. in princ. ff. de Iur. dot. l. cum in uno. 17. §. 1. ff. de Appellat. l. ult. C. Pro Soc. (3) Evictionem sive periculi præstationem, ut apud Paul. lib. 2. Sent. c. 17. (4) actionem pro evictione ut in l. fin. ff. de evict. & (5) Approbationem tutoris, cum se probare dicit id, quod agitur Rubr. d. l. 1. l. 2. d. l. 3. & tot. tit. ff. C. & Instit. de Auth. & consens. tut. l. 1. & seq. C. Qui legit. pers. stand. in jud. hab. d. l. 5. l. pupillus. 189. de R. I.

15. Secundâ significatione in spectâ, possunt infantes, etiam nihil loquentes vel intelligentes, oblationis negocium, auctore tutore, expedire, non verò juxta quintam. 1. Hoc est enim auctorem fieri (vel auctorari, ut dicitur in l. 4. ff. de Auth. tut. l. huius actionis. 9. princ. ff. Quod fals. tut. auct. gest.) cum tutor se probare dicit id quod agitur, ut paulò ante ex d. l. 3. dictum. Ut igitur ab auctorisante tutore quid approbetur, oportet aliquid præcedere, quod quodam modo valeat ac subsistat, licet propter debilitatem virium suarum fulcro quodam sive adminiculo indigeat arg. l. ult. C. de Sent. ex brevic. recit. l. obligationes. 27. ff. de Obl. & act. c. auditis. Extr. de Elect. c. inter dilectos. Vers. Cum igitur. ibiq; Felin. Extr. de fid. instrum. P. Heig. in §. Item vobis, acquiritur. n. 12. & seq. Inst. Per quas pers. cuiq; acquiritur, quia approbatio cum, confirmationis instar, non sit actus aliquis per se, sed respectivus, negocium confirmandum præsupponens Bald. in l. 2. Col. 2. C. de lib. prat. & in l. falsus. Col. 2. C. de furt. Mynsing. Dec. 5. Resp. 47. n. 21. & Dec. 11. Resp. 1. n. 117. & seqq. H. Vult. 3. Consil. Marpurg. 21. n. 70. & Consil. 33. n. 252. & seq. B. Grava. 2. Pract. Conclus. 1. 14. 15. & seq. consequens est, deficiente probabili, vel eo, quod probari debet, deficere etiam ipsam approbationem d. l. 3. ibiq; Interpp. non secus atq; ente confirmabili deficiente, non potest esse locus confirmationi eleg. Dom. Card. Tusch. in Conclus. Pract. lit. C. Conclus. 704. & seq. Ioh. Pet. Surd. Decis. Mant. 53. n. 10. 11. & seq. & Consil. 301. n. 39. Oct. Cacher. Decis. 34. n. 12. Eman. Soarez. in Thes. Comm. Opin. lit. S. n. 75. Aliàs causa esset ἀνεργητος atq; inefficax, causatum verò ἐνεργητικόν & efficacia præditum contra l. cum quis decedens. & ibi Bart. de leg. 3. & plus esset in causato, quam in ipsa causa contra c. cum dile-

Et de Confirm. util. & in util. & ita effectus virtutem causæ suæ excederet.
 2. Infantes plurimis in locis comparantur furiosis, ut in l. 4. princ. ff. de in
 jus voc. l. quod infans. 60. ff. de R. V. l. in vitum. 5. ff. de Servit. urb. prad. l. 2. ff. de
 Condict. furt. l. furiosus. 46. ff. de Obl. & act. l. pupillus. 9. de Acquir. her. l. 1. §. fu-
 riosus. 3. de Acquir. poss. §. pupillus. 9. Inst. de Inutil. stip. quorum intellectus
 cum non imperfectus sit, sed nullus, suppleri nequit l. sed si. 5. ff. de Precar.
 Vid. l. quamvis. 32. §. 1. ff. de Acquir. vel amitt. poss. l. 3. C. eod. in demq; nullum
 negocium contrahere, vel gerere possunt l. in negotiis. 5. l. furiosi. de Reg.
 Jur. §. furiosus. 8. junct. §. seq. Inst. de Inutil. stip. d. l. 1. §. furiosum. 12. ff. de Obl.
 & act. Cuius universalis negationis, ea vis est ac virtus, ut totum neget,
 ut in infinitum extendatur, suaq; virtute æquè agat in distantia, quam
 in propinqua l. 99. §. 1. l. si sic stipulatus. 133. de V. O. Gloss. in l. hoc genus. quam
 ibid. sequuntur Bart. Alberic. Salicet. Paul. de Castr. & alij ff. de Condit. & de-
 monstr. Dom. Card. Tusch. tom. 7. Conclus. jur. Pract. in lit. D. Conclus. 13.
 15. & seq.

16. Si igitur contrahere non possunt negocium ullum, etiam di-
 strahere meritò prohibentur, & sic consequenter offerre d. l. acceptam.
 19. C. de Vsur. l. 9. C. de Solut. cum sim. Concurrente siquidem identitatis
 ratione leges de contractu agentes, locum quoq; habent in distractu
 per l. item veniunt. 20. in princ. junct. §. 1. ff. de her. petit. l. nihil tã naturale. 35. l.
 ferè. 135. de R. I. c. 1. Extr. eod. cum aliis alleg. ab Everh. à Middelb. in Loc. à Con-
 tract. ad distract. 41. n. 1. & seqq. nec non secundum aphorismos vulgares:
 Contractuum & distractuum ead. est ratio l. si ad resolvendam. 7. C. de
 Prad. & aliis reb. min. quam ad hoc adducit Lud. Roman. Consil. 280. n. 2. & Con-
 sil. 390. n. 3. A. Tiraquell. in LL. Connub. Gloss. 5. n. 18. & seq. & resolutio actus
 est eius naturæ, cuius est confectio sive productio l. pro ut quidq. 80. de
 Solut. d. l. nihil tam naturale. 35. ibiq; Cagnol. n. 1. Rol. à Val 2. Consil. 62. n. 16.
 P. Heig. ad Rubr. Inst. Quib. mod. toll. oblig. n. 3. Schrad. de feud. part. 8. c. 2. n. 53. &
 ad princ. Inst. Quib. mod. toll. oblig. n. 2. 3. & seqq.

17. Per tutores Verò, in illorum commodum, oblatio rei debitæ
 rectè fit l. 1. C. Si advers. solut. à tut. l. 2. C. de fideiuss. tut. l. 5. §. 4. l. 9. §. 1. §. 1. de
 Admin. & peric. tut. l. 10. ff. de tut. & rat. distrah. l. 13. ff. de Negoc. gest. l. 68. l. 95.
 §. 7. de Solut. l. 78. §. 1. de Contrah. empt. l. 69. de fideiuss. quoniam habentur
 loco dominorum l. tutor. 27. ff. de Admin. & peric. tut. cum videl. tutelam
 administrant, non quando spoliant l. qui fundum. 7. §. si. tutor. ff. Pro
 Empr.

18. Neq;

18. Neq; confundenda sunt hæc duo: *facere aliquid per tutores*, vel auctoritate tutorum *d. l. in negociis. §. l. 1. ibi: nec muniat eos tutoris auxiliis. C. Si sec. nups. mul.* Hoc, uti dictum, præsupponit factum infantum adiuvandum atq; auctorisandum, nec non affectionem imperfectam, rebusq; ab infantibus gestis, vel tentatis potius, aliquid tribuit *d. l. 3. l. 4. l. 9. §. pen. de Auth. tut. §. 2. & seq. Inst. eod. l. 1. §. 1. de Administr. & per. tut. l. quia. 14. de Test. tut. §. cert. 4. Inst. Qui test. tut. dar. poss. Vid. l. si quis mihi. 25. §. 4. ff. de Acquir. vel omitt. her. l. 32. §. 2. ff. de Acquir. poss. Cuiac. in π . C. de Auct. prest. Illud fit personâ infantis prorsus exclusâ planeq; remotâ *l. si infanti. 18. §. 2. ibiq; Iob. Sichard. n. 1. & seq. C. de Iur. delib. junctâ l. pupillus. 9. l. furiosus. 63. ff. de Acquir. vel omitt. her. l. aliud est. 160. de Reg. jur. Vid. Cuiac. 1. Obs. 34. & Ant. Fab. 8. Coniect. 6. Vers. Aliud enim est furiosum. tantummodo à tutoribus & per tutores, sicuti per procuratores fit, si quid in emolumentum furiosorum, quibus præsumt, gesserint *l. ult. §. Sin. autem. 6. C. de Curat. furios. l. infantis. 3. l. 7. C. Qui admitti ad bon. possess. poss.***

19. Ideo in aetate infantili constitui non possunt tutorum auctoritate, sed per tutores (1) Judiciis interesse, & vel Actorum, vel $\tau\omega\nu$ $\phi\epsilon\nu\gamma\omega\lambda\omega\nu$ sive fugientium, uti appellantur in *l. properandum. §. 1. C. de Iudic. Novell. 49. c. 3. in princ. partibus fungi l. 1. ibiq; Matth. V. Ves. n. 10. & seq. P. Gilken. n. 1. & Dd. C. Qui legit. pers. stand. in jud. hab. d. l. si infanti. 18. C. de Iur. delib. l. servum. 6. ff. Rempub. salv. for. (2) Magistratum gerere ac judicare, si fortè ad illos ex Illustri Prosapia natos jure hæreditario devolvatur jurisdictio *l. 8. ff. de Mun. & hon. l. 2. §. 1. ff. de R. I. ibiq; Dec. n. 8. & Interpp. l. ad Remp. 8. ff. de Mun. & hon. l. non tantum. 11. ff. de Decur. c. 2. de Supplend. neglig. Prel. in 6. l. 1. §. fin. ff. de Off. Consul. l. 13. ff. de Excus. tut. §. 13. in fin. Inst. eod. §. impuberes. 6. Inst. de Attil. tut. l. ult. C. de Legit. tut. Alexand. ad l. ult. n. 4. ff. de Testam. milit. (3) Hæreditatem adire *d. l. si infanti. 18. in princ. C. de Iur. delib. §. 1. in princ. Inst. de Auth. tut. l. 9. §. 3. ff. eod. (4) Neq; hæreditatem ex causa fideicommissi restituere alii *l. restituta. 37. §. 1. Ad. SC. Trebell. Neq; (5) Bonorum possessionem petere *l. infantis. 3. C. Qui admitt. ad bon. possess. poss. d. §. 1. Inst. de Auth. tut. (6) Neq; hæreditatem ex fideicommissio petere *d. §. 1. l. more. 8. in princ. l. pupillus. 9. ff. de Acquir. vel omitt. her. d. l. restituta. 37. §. 1. & seq. (7) Neq; alis in præsentiarum omissis, possessionem acquirere *d. l. 3. C. de Acquir. poss. d. l. quamvis. 32. §. fin. ff. eod. Vid. Gloss. in d. l. 3. verbo alioquin. Franc. Conan. lib. 3. Comm. Iur. Civil. c. 8. Treutl. 2. Dissp. 21. §. 3. 4. ibiq; Bachov. & Hunn. q. 18. Andr. Fachin. lib. 8.*******

*Controvers. jur. c. 19. & Georg. Obrecht: Disp. 25. c. 10. §. 3. 61. 362. multiq;
seqq. Olf. H. llig. lib. 5. Donell. enucl. c. 11. & alios variè hac de re sen-
tientes.*

20. Intellego tamen hæctenus dicta de infantibus, non loquendū tantum facultate, sed & omni prorsus intellectu adhuc destitutis. Si verò fari potuerint, & aliquem nacti fuerint intellectum, animiq; affectum, licet non plenum, tunc utilitatis causa, ex benigniore juris interpretatione receptum est, posse illorum iudicium auctoritate tutorum suppleri, & ab illis oblationem debitorum, acquisitionem hæreditatis, & possessionis, nec non actus similes rectè expediri. *i. per text in l. pupillus. 9. junct. l. pupillam. 49. ff. de Acquir. & omit. her. l. 1. §. 3. d. l. quamvis. 32. §. fin. ff. de Acquir. poss. d. l. 3. C. eod. l. sancimus. 7. in princ. C. Ad SC. Trebell. l. restituta. 37. §. 1. & seq. l. servo. 65. §. si pupillo. 3. ff. eod. l. 2. §. sed si infanti. 13. ff. Ad SC. Tertull. l. 1. §. huic proximus. 13. ff. de Oblig. & act. Novell. 158. in pras. d. l. 5. l. 189. de R. I. 2. Comparatur quidem furiosi & infantes in l. quod infans. 60. de R. V. l. 2. ff. de Condict. furt. l. invitum. 5. ff. de Servit. urb. præd. d. l. sancimus. 7. in princ. l. 4. princ. ff. de in ius voc. l. 3. §. 1. de Iniur. & alibi, Interim quod de Paribus Franciæ Joh. Ovven. lib. 2. Epigram. 169. scribit: Non omnino Pares estis: tamen est quoq; quædam Inparium paritas, Inparitas Parium: Idem & de furiosis ac infantibus rectè dici, testatur ipse Imp. in §. pupillus. 9. Vers. Nam infans. Inst. de Inutil. stipul. rescribens, non multum hos ab illis distare. Si non multum. E. aliquid: Comparantur autem furiosis Infantes ἀλλοι, qui fari nequeunt, præcipuè in iis, quæ ad ipsorum pertinent utilitatem ac favorem l. Fulcinius. 7. §. planè interdum. 11. ff. Quib. ex caus. in poss. eat. Dan. Moller. lib. 4. Semestr. c. 45. n. 9. Et 3. in negociis contrahendis, vel distrahendis, aliam causam habitam esse furiosorum, aliam eorum, qui fari possunt, quamvis actum rei non intelligerent ait JC. in d. l. in negociis. 5. de R. I. l. cum furiosus. 7. §. 3. C. de Curat. furios. l. potuit. 5. d. l. si infanti. 18. princ. C. de Iur. delib. d. l. 2. §. sed si infanti. 13. Ad SC. Trebell. ne dum nimia subtilitate utimur circa res pupillares, ipsa subtilitas ad perniciem eorum revertatur d. l. sancimus. 7. in princ. 4. In nonnullis infantibus solet & potest esse qualis qualis affectio ad rem, in iisdem est & spes & principium iudicii quod juvari potest atq; suppleri: quinimò est in iis quoq; mens, ratione ætatis, integra d. l. 3. C. de Acquir. poss. d. l. quamvis. 32. §. fin. ff. eod. Quis autem sensus, quæ vox certa furiosis esse intelligitur? d. l. sancimus. 7. in princ. Vers. Quis enim. l. 1. §. 6. ff. Ne vis fiat ei qui in poss. Sensus certè nullus,*

nullus, & in illis, durante furoris infortunio, neq; res neq; spes est iudicii l. 2. § si pecuniam. 5. ff. de Donat. l. qui certum. 14. in fin. ff. Locat. l. pen. §. 1. ff. Rationat. hab. l. 2. §. 2. de Iur. Codicill. l. ult. in fin. ff. de Admin. & peric. tut. l. 27. §. 5. ff. de Recept. qui arb. recep. l. ubi non voce. 124. §. 1. de R. I. verum mentis ad omnia cæcitare, dicente Cic. rapiuntur, ut ita nihil adsit, quod suppleri, adjuvari vel comprobari queat.

21. Neq; eviscerant hanc sententiam allata in Conclus. II. In primo nãq; argumento Propositio, ut ostensum in Conclus. 20. est particularis, quam in primâ & secunda figuris decet esse universalem. Alterum ab exemplis sumitur extraordinariis, quæ sunt supra regulam, & quibus Roma totum terrarum orbem replevit teste Val. Max. lib. 20. c. 2. Quæ si vera sunt, certè profectò, & magnam requirunt fidem, & magna sunt admiratione digna, non solùm respectu infantum ἐν ἀλών, sed & intuitu prætensæ innocentiae, ex loco à communiter accidentibus per text. in Novell. 173. in princ. præf. c. 24. 25. & seqq. & c. quidam. 30. c. 31. c. 32. Dist. 81. Vid. Panormit. Pogg. Felin. & alios alleg. ab. Everh. à Middelb. in Loc. à Comm. accid. 102. n. 8. Pet. Rudol. Tusinian. hist. Seraph. relig. lib. 2. D. Bernhard. in lib. qui inscriptus est Stella Cleric. ubi ita exclamat: O Domine, Pastores tui mutati sunt in tonsores; & agni in lupos; defensores in dissipatores; qui debent esse sobrii, quotidie sunt ebrii; qui Prælati, Pilati; qui casti, incesti, qui Pastores, impostores.

22. Si igitur infantes septennio minores, tutorum auctoritate adposita, obsignare possunt pecuniam debitam: multò magis idem asserendum est de iis, qui infantibus sunt maiores, itaq; vel infantiae proximi, vel pubertati proximi d. § pupillus. 9. Vers. Sed in proximis. Inst. de Inutil. stipul. l. servum. 6. ff. Rem pup. salv. for. d. l. 1. §. huic proximus. 13. de Obl. & act. Quamvis enim stabilem mentem non sint adepti l. fin. C. de Test. milit. careant prudentia semetipsos gubernandi (quo paupertatis genere nihil gravius esse ait Ant. de Guev. in Proem. generali ad Carol. V. p. m. 16.) & auxilio alieno in rebus suis administrandis egeant §. item maior. 13. in fin. Inst. de Excus. tut. l. fin. C. de Legit. tut. c. 3. Extr. de Aet. & qual. & ord. præfic. haud tamen carent affectu, intellectu, consilio ac iudicio l. impuberem. 23. ff. de furt. §. pen. Inst. de Oblig. quæ ex del. nasc. l. 14. ff. Ad SC. Syllan. l. impunitas. 7. C. de Pæn. c. 1. x. de Delict. puer. l. pupillum. III. in princ. ff. de R. I. A. Gell. lib. II. c. 18. idq; cum sit fragile, infirmum, multis captionibus suppositum, multorumq; insidiis expositum l. 1. ff. de Minor. 25. ann. rectè etiam meritoq;

H

tuto-

tutorum auctoritate suppletur ac stabilitur d. l. *quamvis*. 32. §. *fin. de Acquir. poss. d. l. 3. C. eod. cum concord.*

23. Sine tutorum, quos habent, auctoritate, pupillis offerre non est integrum. 1. licet enim antiquis legibus permillum illis fuerit ultimum conficere elogium, si merebantur tribunatum numerorum l. *ult. ibiq.* Giphani. C. de Testam. milit. Diss. Jacob. Revard lib. 4. Varior. c. 8. vel Monachatum ex Imp. Constantini constitutione teste Zosomer. lib. 1. c. 9. contra Novell. Leon. 6. & nonnunquam potuerint ad officia provehi militaria sec. Veget. lib. 1. c. 4. Plin. lib. 8. Epist. prohibentur tamen solvere in l. *ait Praetor*. 7. §. 2. ff. de Minor. l. *obligari*. 9. §. 2. ff. de Auth. & cons. tut. l. *jusiurandum*. 17. §. 2. ff. de Iureiur. l. *naturaliter*. 13. §. 1. l. *interdum*. 29. l. 41. ff. de Condict. indeb. l. *non omnis*. 19. §. 1. ff. Si cert. pet. §. 2. Inst. Quib. al. en. lic. vel non l. *quod si forte*. 4. §. *ult. ff. de Solut.* 2. Nulla solutio, vel oblatio efficax fit sine domini translatione five alienatione d. l. 14. §. *ult. l. qui sic*. 55. l. *is qui*. 60. l. *si hominem*. 69. l. *si alieni*. 78. in princ. ff. de Solut. Pupilli verò dominium transferre, vel alienare nequeunt l. 5. §. 1. d. l. *obligari*. 9. in princ. & §. 2. l. *pupillo*. 15. ff. de Sol. l. *sed si pater sum*. 9. §. 1. ff. de SC. Maced. l. *si consensit*. 7. in princ. ff. Quib. mod. pign. vel hyp. solv. d. §. 2. in princ. Inst. Quib. alien. lic. 3. Non possunt contrahere d. §. *pupillus*. 9. *ibiq.* Angel. & Dd. Comm. Inst. de Inutil. stip. l. *quod pupillus*. 41. *ibiq.* Gloss. ff. de Condict. indeb. l. *pupillus*. 59. ff. de O. & A. d. l. *in negociis*. 5. *ibiq.* Dec. & Dd. de R. I. Bart. in l. 1. in fin. ff. de Novat. & in l. 1. §. *adipiscimur*. ff. de Acquir. poss. Schrad. in tract. de feud. part. 4. c. 1. 61. nisi quatenus conditionem suam (ut cum Pont. ex c. 2. Extr. de Donat loquar) meliorant, h. e. meliorem faciunt l. *contra*. 28. princ. & §. 1. ff. de Pact. l. 1. C. de Inutil. stipul. d. l. *si consensit*. 7. in princ. ff. Quib. mod. pign. vel hyp. solv. Ergo nec dist. ahere, & oblatione mediante sibi liberationem acquirere d. l. *obligari* 9. §. *pupillus*. 2. & arg. l. *nihil tam* 35. l. *ferè*. 135. de R. I. l. *prout*. 80. ff. de Solut. Matth. Wes. 3. Consil. 117. n. 5. & lib. 4. Consil. 199. n. 5. & 41. Schrad. ad d. princ. Inst. Quib. mod. toll. obl. n. 3. & seq. 4. Impuberibus non competit, jus rerum administrandarum d. l. *jusiurandum*. 17. §. 1. l. *cum plures*. 12. §. 3. ff. de Admin. & pevic. tut. l. *tutor*. 33. ff. de furt. Dom. Card. Tusch. Tom. 8. Pract. Conclus. iur. lit. T. Concl. 446. n. v. & seqq. sed substantias pupillares regunt tutores l. 1. *Vers.* Et si in regendis. C. de tut. vel curat. illustr. & clariss. pers. l. *qui fundum*. 7. §. 3. ff. Pro Empt. Quibus autem interdicta est administratio, iidem debitum offerentes aut solventes liberationem minimè consequuntur d. l. *obligari*. 9. §. *pupillus*. 2. *ibi*. *nihil agit*. d. l. *quod si forte*. 14. §. 1. l. *egisti*. 84. ff. de Solut. d. l. *contra*.

contra. 28. peric. & §. 2. l. tutor. 22. l. 26. l. 27. l. 28. §. 1. ff. de Admin. & peric. tut. l. quia. 14. ff. de Test. tut. P. Montan. in d. tract. de Iur. tutel. c. 5. n. 51.

24. Commodè hîc quæritur: Si fortè pupilli consignarint debî- tum ac deposuerint propter creditorum recusationem, ad quos tali in casu spectet periculum? Et lis est dirimenda distinctione sequenti.

25. Aut habent tutores. Aut non. Priori casu damnum, si quod inde promanat, resarciendum est à tutoribus. quia ignorare eos, quid in re- bus pupillorum geritur, non oportet, ait Constantinus Imp. in l. 1. in fin. C. de fals. monet. 2. Per text. in l. cum quæritur. 16. ff. de Admin. & peric. tut. l. si tu- toris. 23. l. seq. C. eod. 3. Quia tutorum est officium creditoribus pupillari- bus satisfacere d. l. quoties. 9. §. nec utiq;. 6. l. tutor. 13. §. 2. ff. de Admin. & pe- ric. tut. l. sancimus. 25. C. eod. d. §. 2. Inst. Quib. alien. lic. l. qui solidum. 78. §. 2. ff. de Legat. 2. utilitatibus pupillorum providere l. de creationibus. 27. in fin. C. de Episc. aud. l. in locum. 3. C. Qui pet. tut. vel curat. l. ult. §. omnem. 4. C. de Admin. tut. l. ult. §. sed cum antiquitas. C. de Curat. furios. circa pupillarium rerum administrationem eandem adhibere diligentiam, quam industrius ac i- doneus paterfam. rebus suis ex bonâ fide præstare solet l. generaliter. 10. l. tutor. 22. l. 32. §. 1. l. à tutoribus. 33. in princ. ff. de Admin. & peric. tut. l. 10. l. ult. §. omnem. 4. C. eod. l. 1. in princ. ff. de Tut. & rat. distrab. l. 4. l. 7. C. Arbitr. tut. l. ult. §. sin autem. 6. Vers. Sin autem non talis. C. de Cur. furios. arg. l. 5. §. 2. ff. com- mod. l. 1. §. 5. ff. de Obl. & act. Den Pupillen vnd Minderjâhrigen Kindern mit allem fleiß vnd ernst fürzusehen / vnd derselben Nutz vnd Wolfahre zusehen vnd zubeforderen / damit sie vnbetrogen vnd vnvernachtheilet bleiben / ut rescribit Carolus V. in Reform. guter Policen zu Augspurg A. C. 1548. auffgericht. tit. Von der Pupillen tutorn &c. in princ. & pupillos in defensos non relinquere l. si filius. 4. C. Qui pet. tut. vel curat. l. tutoris. 30. ff. de Admin. & peric. tut. l. ult. in princ. C. eod. A. Gell. 5. Noct. Att. 13. Unde simpli- citer appellantur tutores in l. 1. §. 1. ff. de Tutel. §. 2. Inst. eod. vel defensores in l. 2. princ. ff. Qui pet. tut. vel curat. l. 1. Vers. Quod tamen. C. de Tut. vel curat. illu- str. l. pupillorum. 21. C. de Admin. tut. Eisdem igitur damnorum, quæ vitio ac negligentia illorum contigerunt, solutione percelli, legum q; aculeos sentire convenit l. fin. C. de bon. auth. jud. possid. l. 2. in princ. C. de Annal. ex- cept. l. non enim. 16. ff. Ex quib. caus. maior. 25. ann. l. pupillus. 24. in fin. ff. Quæ in fraud. cred. l. ult. §. pen. C. de Re milit. lib. 12. Vid. Camill. Borell. in tract. de Com- promiss. §. 4. Gloss. 6. n. 4. 5. & seqq. Et ita A. C. 16 14. in quodam causa ob- tinui.

26. Posteriori casu ex l. 12. Tab. incumbit quidem proximis agnatis, vel hodie (sublato agnationis & cognationis discrimine in Novell. 118. c. 4. & 5. Auth. Postfratres, & Auth. seq. C. de Legit. her. Auth. Sicut heredes. C. de Legit. tut. non quidem in universum, sed particulariter saltem, quantum attinet ad causam successionis tutelæ q̄; legitimæ: formalis verò si-ve essentialis differentia non est sublata, neq̄; una species in aliam transfusa arg. §. 1. §. sed agnationis. 3. Inst. de Legit. agn. tut. l. non facile. 4. §. 2. l. Ictus. 10. §. 2. 4. 6. ff. de Grad. l. ult. §. 1. §. 3. 4. & seq. C. de Legit. her.) etiam cognatis, ut pupillorum bona tueantur, ne dilapidentur l. 1. in princ. l. legitimos. 5. ff. de Legit. tut. l. 1. & seqq. C. eod. princ. Inst. de Legit. agn. tut. l. quo tutela. 73. in princ. de R. I. Menoch. de Arb. jud. lib. 2. Cent. 3. Cas. 150. n. 32. & 35. Eoq; respexit Plutarchus referens mortuo Clinia, Alcibiadis patre, tutores eius fuisse Periclem & Aripontem, utpote *οἰκονομίας κατὰ γένος*. Unde tutores legitimi ex l. 12. Tab. ipso jure sunt tutores, quavis abentes & furiosi d. l. 5. in princ. ff. de Legit. tut. Ant. Fab. in l. Papin. ad tit. Inst. de Tutel. Princ. 2. Ill. 6. & vocantur inviti ab Alexand. §. Consil. 161. n. 7. Phil. Cornæ. 4. Consil. 164. n. 23. eorumq; tutela est iusta, non permessa, ut matris & aviæ l. Constitutione. 3. C. de Legit. tut. l. 2. cum Auth. seq. C. Quand. mul. tutel. off. fung. pot. Novell. 118. c. 5. P. Montan. in d. tract. de Iur. tutel. c. 7. num. 44. & cap. 15. num. 5. & 7.

27. Inde tamen nequaquam concludendum, agnatos vel cognatos proximiores, ad refusionem damni redundantis ex Oblatione à pupillis facta, esse damnandos 1. Nulla enim est lex, aliquid tale dicens. Quod autem lex non dicit, aut scriptura non cantat, nec nos cantare debemus, more Venetorum ait Bald. relatus à Mynsing. Dec. 7. Resp. 61. n. 10. & probat text. in Novell. 2. c. 3. Vers. Sicut enim. Novell. 118. c. 5. in princ. 2. Quavis lex 12. Tab. agnatos faciat tutores: So dürfen vnd können sie doch sich der Vormundschaft nicht unterziehen / die verwaltung sey ihnen dann zuvor durch die Oberkeit decernirt vnd befohlen / ut rescribit Carolus V. in d. t. von der Pupillen vnd Winderjährigen Kinder tutorn. Vers. Das auch ein jeglicher Vormund / d. l. legitimos. 5. §. 1. ibiq; Gloss. l. ult. C. Arbitr. tutel. Gl. in l. 4. verb. divisa. ff. de Admin. & peric. tut. 3. Ex l. sciant. 10. C. de Legit. her. l. 2. §. sed si mater. Ad SC. Tertull. l. matris. C. Qui pet. tut. colligitur, eiusmodi agnatos successionem pupilli esse indignos. Pœæ verò non sunt facile amplificandæ vel multiplicandæ l. Papin. 8. in princ. ff. de Inoff. test. l. cum quidam. 19. ff. de Lib. & posth. c. quoniam frequenter: §. fn. ibiq; Panormit. num. 8.

num. 8. ut lit. non contest. l. si cui crimen. 7. §. iisdem. 2. ff. de Accusat. neq; eas earumve interpretationem pro stomacho extendere, nec ex Magistrorum opinionibus, sed ex ll. scriptis infligere ac desumere oportet l. pen. ff. de Poen. c. statutum. 22. de Elect. in 6. c. odia. 15. de R. I. in 6. c. at si clerici. in fin. x. de Iudic. Andr. Tiraquell. in l. si unquam. 8. verb. revertatur. n. 151. C. de Revoc. don. Iohan. Fab. in §. item si quis. 11. Inst. de Act. Ernest. Cothman. 1. Resp. 65. n. 134. & seqq.

28. Creditores deniq; si nummos sibi à pupillis oblatos, sine eorundem dispendio, receperint, possunt quidem pupilli vel tutores nummos sine tutorum auctoritate solutos, adhuc extantes, vindicare d. §. nunc ad monendi. 2. in princ. Vers. Ideoq; si mutuam. Inst. Quib. alien. lic. l. 3. §. 2. ibiq; Gothofr. ff. de SC. Maced. & quasi indebitos reposcere l. naturaliter 13. §. 1. l. interdum 29. l. quod pupillus. 41. ff. de Condict. indeb. Attamen si bonà fide à creditoribus fuerint consumpti, tunc quidem pupilli liberantur per text. in l. quod si forte. 14. l. si pupilli. 66. in fin. ff. de Solut. d. §. nunc admonendi. 2. in princ. & rationem d. l. si pupilli. 66. in fin. l. non omnis. 19. §. 1. ff. Si cert. pet. junct. l. aliud est capere. 71. ff. de Verb. sign. Nulla autem vindicatione cum effectu uti queunt ad versus creditores l. si pupillus. 21. in princ. ff. Ad L. Falcid. d. l. si pupilli. 66. & arg. l. in rem. 23. ff. de Rei vind. junct. l. si à furioso. 12. & l. seq. ff. de Reb. cred. l. si alieni. 78. ff. de Solut. l. 1. §. praterea. ff. de Separat. Ant. Fab. in I. Papin. ad tit. de Auth. tut. Princ. 1. Illat. 8. ut nec conditione arg. l. pen. C. de Condict. ex leg. l. si quis pro eo. 56. §. 2. ff. de Fideiuss. l. nam & fur. 13. in princ. ff. Si cert. pet. l. 4. §. de dolo. 26. Vers. Deniq; Iulianus ff. de Dol. mal. & met. except. d. l. si pupillus. 21. princ. Ad L. Falcid.

29. Si Condictio competeret, tunc danda esset vel Condictio indebiti: vel Condictio sine causa: vel Condictio causa, seu propter causam dati, causa non secuta. Non hæc 1. quia descendit vel ex contractu innominato sec. Oldend. Class. 6. Act. 4. in q. Ex qua causa sit. Azon. in Summ. C. de Condict. ob caus. dat. n. 12. Treutl. 1. Disp. 22. §. 1. lit. f. Althus. 1. I. R. 42. in fin. §. In contractibus innominatis: Vel, quod verius est, ex æquo tantum & bono, sive ex naturali æquitate l. 3. §. sed si servus. 7. ff. de Condict. caus. dat. caus. non sec. l. 14. l. in summa. 65. §. quod ad rem. 4. ff. de Condict. indeb. itaq; ex q. contractu l. si quis absentis. 5. §. is quoq; 5. ff. de Oblig. & act. §. item is cui. 6. Inst. de Obl. qua ex q. contr. nasc. Reinh. Bachov. Echt. ad d. Disp. 22. Treutl. §. 1. lit. g. Mutuam autem, item emptio venditio & contractus reliqui, ex quibus ἐπιτολὰς ἴσῳv certa pecuniæ summa debetur, sunt contractus nominati &

veri. 2. Ut hæc *Condictio* competat, necesse est, id quod datum est, datum esse propter causam quandam onerosam, eamq; futuram, ut nimirum aliquid fiat & sequatur *l. 1. §. 1. l. 2. & seqq. ff. de Cond. caus. dat. caus. non secut. l. 1. l. 2. l. 3. cum seqq. C. eod. l. damus. 52. ff. de Condict. indeb. & 3. Causam, ob quam quid datum est, non fuisse secutam Rubr. l. 1. & tot. tit. ff. de Cond. caus. dat. caus. non sec. l. 1. & tot. tit. C. eod. l. & eleganter. 23. §. 3. l. in summa. 65. §. quod ob rem. 4. ff. de Condict. indeb. l. 1. §. 1. & 2. ff. de Condict. sine caus. Creditores verò debitum sibi à pupillis oblatum non ob causam futuram, sed hanc acceperunt, ut & suum reciperent, & pupillos solutione liberarent.*

30. Non competit etiam *Condictio sine causa*, ad quam inter alia requiritur 1. A parte Actoris dantis, error & ignorantia *l. 1. §. 1. l. si non sortem. 26. §. 3. in fin. §. qui filiofam. 8. l. iudex. 28. ff. de Condict. indeb. l. indebitum. 9. in princ. C. eod. 2. A parte Rei accipientis similiter error ac ignorantia *l. 5. l. 6. l. siue manifestus. 10. in princ. §. 1. l. qui furtum. 16. l. quoniam. 18. ff. de Condict. furt. l. cum quis sibi. 38. §. 1. ff. de Solut. l. 2. C. de furt. D. ff. Oldendorp. Cl. 6. Act. 5. in q. Cui & advers. quem comp. & 3. Rem apud eum esse sine ulla causa Rubr. l. 1. in princ. §. 1. 2. 3. l. 2. & tot. tit. ff. de Condict. ob caus. l. cum de indebito. 25. §. ult. ff. de Probat. Quis verò in Oblatione debiti, quò ad præsentem casum, probabit errorem vel 1. debitoris? Vel 2. Creditoris? Vel 3. justæ causæ defectum.**

31. Multò deniq; minus, potest locus esse *Conditioni indebiti*, quæ non datur, nisi 1. solutum sit indebitum Rubr. l. 1. l. 8. l. 9. l. 10. l. 13. princ. §. 1. l. 16. princ. §. 1. de l. 18. l. 19. §. 1. §. 2. §. 3. & ult. l. 23. in princ. d. l. si non sortem. 26. §. 3. & passim. ff. de Condict. indeb. lib. 1. & seqq. C. eod. §. 1. Inst. Quib. mod. re contrah. Oblig. §. item in cui 6. Inst. de Obl. quæ ex q. contr. nasc. 2. ex errore facti sive ignorantia, aus einem Wahn / Irrthumb vnd Unwissenheit / tam à parte Actoris d. l. 1. §. 1. l. quod indebitum. 7. d. l. 26. §. 3. in fin. §. 8. d. l. 28. l. quod si sciens. 50. ff. de Condict. indeb. l. si à patre. 5. l. 6. l. seq. l. 9. in princ. C. eod. l. qui se debere. 7. in princ. Vers. Sed si cum sciret. l. 9. §. 1. ff. de Condict. caus. dat. caus. non sec. quàm 3. à parte Rei d. l. quoniam. 18. ff. de Condict. furt. l. falsus creditor. 43. in princ. §. 1. & §. 4. ff. de furt. §. 1. Inst. de Obl. quæ ex del. nasc. d. l. cum quis sibi. 38. §. 1. ff. de Solut. Diss. Bart. in d. l. falsus creditor. 43. 4. Requiritur, à dante datæ rei dominium non esse translatum in accipientem *l. si filiofam. 14. ibiq; Gloss. & Dd. ff. de Reb. credit. l. Quintus Mutius. 27. §. argento. 2. ff. de Aur. & arg. leg. §. omnium. 1. Inst. de Act. l. nullo. 24. l. ult. C. de Rei vend. d. l. 2.*

C. de

De Pupilli Obligatione & Oblig.

63

C. de furt. d. l. cum quis sibi. 38. §. 1. Pupillus autem obtulit (1) pecuniam, quod præsupponitur, debitam. (2) sine ullo errore (3) creditori probè scienti, quod, quale, quantumq; fuerit debitum: nec (4) dominium rei oblatae in creditorem transiit aliter, nisi fictè, vel intellectivè *l. non omnis. 19. §. 1. verb. intelligitur. ff. de Reb. cred. ibiq; Joh. Borch. c. 2. n. 11. Vid. Interp. in d. §. nunc admonendi. 2.* Et ita intelligenda est *l. si à furioso. 12. cum seq. ff. de Reb. cred. l. si. alieni. 78. ff. de Solut. l. 1. §. praterea. de Separat.* ex quibus Dd. colligunt consumptionem, & quæ proximè ad eam accedit, confusionem, esse modum dominii & amittendi, & acquirendi.

32. Ut ex equo Troiano multi veniebant milites: Ita occasione antecedentium multæ hîc emergunt quæstiones, momentosæ profectò ac jucundæ, sed & multùm difficiles, sicuti plerunq; quæstionum dignitas & difficultas mutuos premunt calles, juxta illud pertritum: *Δύσκολα τὰ καλὰ.* Hoc loco non omnes, sed quasdam duntaxat attingere, est animus, præsertimq; eas, sine quarum cognitione atq; definitione de hæcenus dictis, de contractibus ac distractibus aliis, nec non de delictis & pœnis pupillorum dextè judicare prorsus est *ἀδύνατον.*

33. Prima est, quinam pupilli sint infantia proximi? Accurs. Angel. Aretin. & Theoph. *in d. §. pupillus. 9. Inst. de Inutil. stip. Bart. in l. 1. in fin. ff. de Novat. Joach. à Beust. in l. admonendi. ff. de Iureiur. n. 514. Johan. Schn. in princ. n. 12. Inst. de Auth. tut. & Dd. Comm. attestante P. Montan. in d. tract. de Iur. tutel. c. 5. n. 32.* distinguunt inter masculos & fœminas. Illos infantia proximos esse scribunt, si septem annis maiores consistant adhuc intra annum decimum & dimidium. Has, si infantilem ætatem egressæ annum agant nonum cum dimidio. Nonnullis illi dicuntur infantia proximi, qui septem annis sunt minores; sed expressè refutantur, *ex sæpe d. §. si pupillus. 9.* Aliis illi, qui annum excessere septimum, & ita octavum sunt ingressi. Ita Menoch. *lib. 2. Cent. 2. de Arb. jud. Cas. 57. n. 17. Zaf. in tract. de Iudæ. q. 2. in princ. & Jerem. Setzer. in tract. de Iuram. lib. 4. c. 2. n. 11. & seq. pro quibus videtur militare l. non tantum. 17. princ. ff. de Excus. tut. l. deinde. §. in hoc. interdictio. ff. de Lib. exhib.* Aliis adhuc alia placent.

34. Secunda est, qui sint pubertati proximi? Hic rursus velle suum cuiq; est, nec voto vivitur uno: imò adhuc sub judice lis est, quo anno ætas huiusmodi incipit, & quo finiatur. Beust. *in d. l. admonendi. n. 514.* & quidam alii aliquid certi statuere non fuerunt ausi. Menoch. *d. loc. à n. 20. usq; ad n. 44. inclusivè.* sex diversas refert opiniones, nec solùm singulæ

singulæ suos habent patronos, sed & alii alias affingere haud erubescunt, ut videre est apud Joh. Sichard. in *Auth. Sacramenta puberum. n. 26. C. Si advers. vendit.* Joh. Schn. ad d. princ. *Inst. de Auth. tut. n. 13. & in §. in summa. 18. n. 2. Inst. de Obl. qua ex del. nasc.* Myns. in §. item finitur. n. 3. *Inst. Quib. mod. tut. fin.* Joh. Pet. Sird. *Consil. 25. n. 45. & Consil. 364. n. 4. 31. & seq.* Joh. Bapt. Asin. in tract. de *Execut. §. 9. c. 326. n. 9. & c. 327. n. 7.* Did. Covarruv. tom. 1. de *Matrim. part. 2. c. 5. n. 7.* Cuiac. 17. *Obs. 4. in fin. & lib. 3. Not. ad animadvers. Robert. c. 23.* Borch. in tract. de *feud. c. 8. n. 17. & seq. & ad tit. de Acquir. poss. c. 3. n. 8. & in tract. de Iurejur. c. 3. n. 10. & in tract. de Pact. c. 3. n. 19. & in §. mutum. n. 4. & seq.* *Inst. de Inutil. stip. & in d. §. in summa. Inst. de Obl. qua ex delict. nasc.* Val. Franc. in tract. de *fideiuss. c. 2. n. 62.* Hartm. Pilt. *Obs. 122. n. 3.* P. Greg. Tholos. *lib. 50. Syntagm. c. 7. n. 4.* Dom. Card. Tusch. in *Conclus. Pract. lit. P. Concl. 958. n. 2. & 3.* H. Donell. in *l. si pupillus. 127. n. 10. ff. de V. O.* Joh. Niell. *Disp. Feud. 2. §. 4. lit. c. Vers. Intervarias.* Os w. Hillig. *lib. 12. Donell. enucl. c. 22. lit. 1.* J. Meier. in *Colleg. Argentoratens. lib. 47. §. 20. n. 7.* Andr. Faechin. 2. *Consil. 41. n. 4.* Georg. Obrecht. *Disp. 18. §. 544.*

35. In utraq; controversiâ mihi illorum arridet sententia, qui totam hanc rem judicis, tanquam boni viri, ut appellatur in *l. cætera. 4. §. 1. ff. famil. ercisc. & l. continuus. 137. §. cum ita. 2. ff. de Verb. Oblig.* arbitrio committunt 1. Quotiescunq; enim aliquid vel per legem expressam, aut concludentem juris rationem decisum non est, toties ad judicantis arbitrium esse recurrendum, docent *l. hæc venditio. 7. ff. de Contrah. empt. l. 1. §. 2. ff. de Iur. delib. l. 4. §. de dolo. 26. ff. de Dol. mal. & met. except. c. ult. Extr. de Transact. 2. Arg. c. puberes. 3. c. de illis. 9. c. ult. Extr. de Despons. impub.* ubi Pontifex Proculianorum opinione reiectâ, sequitur Cassianos, pubertatem ex habitu corporis (hoc est, non, ut Cuiacius & Andr. Knich. in *Comm. de Sax. nõ prov. jur. c. 5. n. 7.* post alios putârunt, ex turpi corporis, partisq; necessariæ aspectu, sed ex externâ oris, vultus ac corporis dispositione, cõstitutione & figurâ) æstimâtes *l. min. 32. ff. de Min. l. 2. C. de his qui ven. et. imp. l. ult. C. Quand. tut. vel curat. esse des. princ. Inst. Quib. mod. tut. fin. Vlp. in fragm. tit. 11. circ. fin. Vid. Cont. lib. 1 lect. c. 12. Revard. lib. 4. Ambiguit. c. 8. Nicol. Reusn. in tract. de Testam. part. 2. c. 5. n. 5. & seq. Ant. Fab. in *Iurisp. Papin. ad tit. Quib. mod. tut. fin. Princ. 2. Treutl. 1. Disp. 8. §. lit. e. 3.* Ut nonnunquam malitia supplet ætatem *l. penult. in princ. C. Si min. se maior. dix. d. c. de illis. 9. x. de Despons. impub. c. 1. de Delict. puer. P. H. D. Carol. V. Art. 164.* Ita quin & bonum ingenium ac rerum prudentia ante pilos interdum veniat, ut loquitur*

De Pupilli Oblatione & Oblig.

65

loquitur Persius Satyr. 4. dubitari nequit. Malitiam probant exempla ab Hieron. in Epist. ad Vital. præbyt. Covarruv. in Epit. de Matrim. part. 2. c. 5. n. 4. Andr. Tiraquell. in l. 6. Connub. Gl. 1. part. 7. n. 37. Val. Franc. in d. tract. de fideiuss. c. 2. n. 64. & Joh. Borch. in tract. de Grad. in tit. Quâ et matrim. contrab. p. m. 93. adducta, ubi referunt pueros 9. & 10. annorum suas imprægnasse nutrices & puellas 9. annorum peperisse. Quamvis Plinius lib. 7. c. 2. scribat in Calingis Indiæ gente fœminas quinquennes parere, sed octavum annum non excedere. Bonitas ingenii maturius quàm in aliis, eluxit in Philippo Melanchthone Theologo, qui anno ætatis 12. Heidelbergæ in album Studiosorum est receptus, & anno ætatis 23. Wittenbergam vocatus. Eluxit (ut exemplum afferam recent. ff.) in Ioanne Asselmanno, nuper mense Februarii, anni currentis 1624. defuncto, qui, ubi vix annum ætatis 15. ingressus esset, Marpurgum se contulit, & anno æt. 21. & Doctor, & Professor SS. Theologiae, in signi cum laude, in Acad. Rostochiensis celeberrima factus. Eluxit quoq; in Nerva filio, Baldo & Bartolo J. Ctis. Istû an. ætatis decimo septimo publ. de jure respõ disse, legimus in l. 1. §. initium. 3. ff. de Postul. Ille eod. anno interpretatus est difficilimû Pauli responsû in l. centû Capua. 8. ff. de eo q. cert. loc. Hic tâta ingenii vi fuit p̄ditus, ut in urbe Perusina anno ætatis 14. animû ad studiû juris applicuerit, anno æt. 20. in Acad. Bononiensi pro licentiæ gradu disputarit, & anno 21. Doctor creatus sit, quod ipse testatur Bart. in l. quidam cû filium. ff. de V. O. Eorû vestigia post & inter alios legerû Angelus de Ubaldis, Philipp. Decius & Joachimus Mynsingerus à Frundeck. Hic annum ætatis 21. vix egrediens in Acad. Friburgensi Brisgauriæ, summo in utroq; jure gradu assumpto, ad Professoriam evectus fuit dignitatem, ut ipse refert in Epist. dedicat præfixa Comm. ad tit. Decret. de Probat. Ille anno ætatis 22. Iste 23. Doctoratus insigniis ornati profiteri cœperû. Et 4. quomodo in reb. eiusmodi ambiguus absolutû potest esse judiciû? c. ult. Dist. 33. Hinc p̄ diversitate regionû videmus ætatē variari. Apud Germanos maximâ inter suos tulisse laudē, qui diutissimè p̄ mâserû impuberes, testis est C. Jul. Cas. lib. 6. de Bell. Gall. p. m. 102. Citius ap. eos ad legitimâ absolutâq; perveniût ætatē Electores, q̄ homines alii, ex Aur. Bull. Car. IV. tit. 7. §. vñd solche succession. nno videl. æt. 18. non reluctante Imp. Sigismundi Bulla Andr. Knich. in Comm. de Sax. non provoc. jur. d. c. n. 1. & s. qq. Eandem q; ætatem Florentiæ (quod florentiss. Italiæ oppidum est) pro legitima haberi possit Castrens. Salicet. & Paris. testatur Dom. Card. Tusch. in Conclus. Pract. lit. M.

I

Concl.

Concl. 254. n. 26. Maturius etiam sapiunt homines in Saxoniam, nec non territoriis quibusdam aliis *Sandr. lib. 1. Art. 42.* Cui consonat *Windische Staderecht lib. 2. tit. 3. Art. 12.* quam in locis, ubi vivitur secundum jus commune *l. fin. C. de his qui ven. et imp. l. 1. ff. de Minor. princ. Inst. de Curat. Ad Septentrionem* juvenes citius maturitatem corporis: Ad Austrum, animorum maturitatem consequi ex Arist. docet Bodin. *in Meth. hist. c. 5.* Citius dolum capiunt, qui in urbe, quam ruri educantur *Terent. in E-nuch. Act. 5. Scen. 6.* Hoc igitur omne accuratissimo judicantis judicio committendum, uti faciunt Covarruv. *d. tom. 1. de Matrim. part. 2. c. 5. n. 7.* Salicet. *in l. impunitas. 7. C. de Pæn. Vigil. in §. testes. Inst. de Test. ord. n. 11.* Menoch. *d. Cas. 57. n. 20. 23. & 44.* P. Heig. *in d. §. pupillus. 9. n. 10. ibiq. Giphano ad verb. Ita tamen. Inst. de Inut. stip. Coraf. 6. Miscell. 23. n. 8.* Joh. Bapt. Cost. *in tract. de fact. scient. & ign. Cent. 1. Dist. 9. n. 10.* Nic. Thoming. *1. Consil. 6. n. 170. & seq. Christ. Sturc. in d. l. 5. n. 26. de R. I. Treutl. 1. Disp. 6. §. 5. b. Phil. Matth. in l. ferè. 108. n. 44. & seqq. ff. eod. Joh. Goedd. in tr. de Contrab. stip. c. 7. n. 204. & Harprecht. ad princ. Inst. de Auth. tut. n. 16.*

36. Tertia quaestio maximè spinosa est ac intricata, An pupilli sine tutorum auctoritate obligentur, nec ne? In qua exactam omnium opinionum & opinatorum nomenclaturam adscribere, factu non est facilius, quam folia Sybillæ cumulare, Dum turbata volant rapidis ludibria ventis. Varia & inter se variantia judicia videat, qui vult apud Steph. Bertrand. *5. Consil. 199. n. 8.* A. Fab. *8. Coniect. 6. & in l. Papin. ad tit. de I. N. G. & C. Princ. 2. Donell. 12. Comm. Jur. Civil. c. 32. & ad d. l. si pupillus. 127. n. 5. & seqq. ff. de V. O. Joh. Borch. ad §. praterea. Inst. Quib. mod. toll. obl. & in tract. de Verb. Obl. c. 3. n. 26. & seqq. Jul. Pac. Cent. 4. ἐναρπιοφ. q. 10. Dom. Card. Tusch. tom. 6. *Concl. Pract. lit. P. Concl. 978. n. 1. & seqq. Treutl. d. Disp. 6. §. 5. b. & Disp. 20. §. 9. a. & vol. 2. Disp. 8. §. 6. lit. k. & Disp. 27. §. 2. lit. i.* Reinhard. Bacchov. *Echt. ad eund. d. Disp. 6. §. 5. b.* Helfr. Ulric. Hunn. *q. 37. & seqq. Giphano. in Lect. Altorph. ad l. furiosus. 46. n. 4. & seqq. ff. de Obl. & act. & ad tit. Inst. de Auth. tut. Verb. At invicem pupilli. p. m. 93. Andr. Fachina. 2. controvers. 45. H. Vult. lib. un. discept. c. 16. Bronch. Cent. 1. Ass. 32. Andr. Clud. in tr. de Condict. indeb. c. 5. n. 37. & seqq. Ph. Matth. in d. l. 5. n. 20. & seqq. ff. de R. I. Matth. Wes. ad d. §. pupillus. 9. n. 2. Schn. ad d. princ. Inst. de Auth. tut. n. 11. 12. & seqq. Setser. in d. tr. de Turam. lib. 1. c. 10. n. 9. & noviss. Osyv. Hillig. d. lib. 12. Donell. enucl. c. 22. lit. f. §. sed num pupillus. Dn. Val. Riemer. quondam mihi & miciss. Dec. 3. quaest. Jurid. Illustr. 8. & Val. Arismæ. 1. Peric. Acad. 2. th. 6.**

37. Quisq;

37. Quisq; in suo abundet sensu. Ego nullius addictus jurare in verba Magistri, pupillos esse considerandos existimo, vel ut infantes, vel ut infantibus maiores, hoc est, vel ut infantia, vel pubertati proximos.

38. Pupilli infantes ex contractibus civiliter non obligantur. Obligatio namq; civilis æstimāda est ex Jure Civili, eiusq; auctoritate, dispositione & approbatione l. 6. l. 7. l. omnes. 9. ff. de I. & I. l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. l. non possunt. 12. l. 14. l. 20. l. 29. l. 30. & seqq. ff. de Legib. l. 1. ff. de Constit. Princ. Jus Civile rursus ex ratione æstimatur Civili, quemadmodum jus Naturale ex naturali ratione, æquitate, vel facto naturalem quandam æquitatem inducente d. l. jus Civile. d. l. 9. in fin. ff. de I. & I. junct. §. 1. & 2. Inst. de I. N. G. & C. l. 1. ff. de Pact. l. 11. in princ. ff. de Act. empt. l. 21. ff. locat. Civilis igitur ratio cum inhibeat pupillos obligari l. jusiurandum. 17. §. 1. ff. de Iureiur. l. cum plures. 12. §. 3. l. tutor. 23. ff. de Admin. & peric. tut. l. qui fundum. 7. §. si tutor. ff. Pro empt. cessabit quoq; obligatio civilis: Sublata quippe causa essentiali & interna, effectum superesse impossibile est c. cum cessante. 60. ibiq; C. C. Extr. de Appellat.

39. Neq; obligantur naturaliter. (1) Omnia enim fiunt à, & ex certis causis Taurell. 5. Alph. Cas. q. 8. n. 3. p. 1045. quæ si fuerint sufficientes in actu, tunc quoq; ponitur effectum: si non fuerint sufficientes in actu, effectus etiam produci nequit Phil. Melanch lib. 4. Dial. p. m. 292. Obligatio autem naturalis causas habet duas, ex quibus nascitur, consensum videl. l. 1. §. 2. l. juris Gent. 7. §. sed cum nulla. 4. ff. de Pact. non omnem, sed eum qui ex firmo consilio, & justa rationabiliq; causa proficiscitur l. cum de indebito. 25. §. fin. ibiq; Gothofr. ff. de Probat. l. 3. l. generaliter. 13. C. de non num. pec. c. si cautio. 14. c. antepen. x. de fid. instr. P. Peck. in c. nemo. 6. n. 10. Vers. Non obstat primum argumentum. & ibid. Dyn. n. 9. & seq. de R. I. in 6. Virg. Pingit. 2. quæst. Sax. 20. n. 53. & seqq. Vel æquitatem naturalem l. Stichum. 95. §. naturalis. 4. ff. de Solut. l. cum amplius. 94. §. 1. ff. de R. I. Ioh. Schn. ad tit. Inst. de Oblig. in c. de Oblig. Natur. tantum. n. 6. & seqq. Ut consentire non possunt infantes: sec. text. supr. Concl. 10. adductos. ob defectum intellectus d. §. pupillus. 9. Inst. de inutil. stip. Ita eosdem obligari nulla lex jubet. Ideo (2) in d. §. 9. l. quod infans. 80. de R. V. infans. 12. Adl. Corn. de sicar. passimq; alibi, comparantur furiosis, qui nullum negotium gerere §. furiosus. 8. Inst. de inutil. stip. d. l. 5. l. 40. de R. I. nec alios obligare, nec se aliis obligare possunt l. un. C. si sec. nups. mul. l. 1. §. 2. de Admin. & Peric. tut. l. jurasse. 26. in princ.

princ. & l. i. iurandum. 34. §. 2. ff. de Iureiur. Nisi (3) ex re (hoc est, non ex contractibus realibus, qui re perficiuntur, de quibus in tot. tit. Inst. Quib. mod. re contrah. oblig. nec ex furiosorum aut infantum, qui obligantur, personis, eorumve factis, sed ex ipsius rei, vel negocii gesti natura, & ex q. contractu, veluti ex communione, sumptu, damno, negociorumve gestione) veniat actio per text. in d. l. furiosus. 46. ibiq; Hub. Giph. in. n. 2. & seq. ff. de Obl. & Act. Vel obligatio subit hæreditaria l. 4. C. de her. act. l. si tibi. 8. C. Mandat. l. Aemilius. 38 ff. de Minor. l. hæres. 22. ff. de V. sucap. §. sui a. 2. Inst. de her. qual. & diff. l. vitia. 11. C. de Acquir. poss. Berlich. part. 1. Conclus. Pract. 55. n. 38. & seq. vel in res illorum aliquid utiliter fuerit impensum l. 3. §. & si furiosi. 5. l. si pupilli. 6. in princ. l. 21. §. 1. ff. de Neg. gest. Quibus casibus cum specialiter non ex contractu, sed ex æquitate descendat obligatio, & jus Civile eandem approbet, etiam si tutores, vel curatores non interveniant, inde evincitur, aliàs infantes minimè obligari arg. l. 1. ibiq; Interpp ff. de Off. eius cui mand. est juris d.

40. Ex delictis similiter neutro obligantur modo per text. in l. 3. §. 1. ff. de Iniur. c. 1. & seq. Extr. de Delict. puer. In illis enim non exitus spectatur, sed affectus & voluntas l. D. Hadrianus. 14. ff. Ad L. Corn. de sicar. c. 4. Vers. Lucretia. Caus. 32. q. 5. c. cum voluntate. 54. Extr. de Sent. ex comm. l. in furtis. 50. §. 1. l. qui injuria. 53. ff. de furt. & delinquentes in pœnam infligendam consentire necesse est Levit. 26. v. 41. l. Imperatores. 34. ibi: ipse te huic pœna subdidisti. ff. de Iur. fisc. At infantes omni affectu ac intellectu carent l. 5. §. 2. ff. Ad l. Aquil. l. 3. §. 1. ff. de Sep. viol. §. 1. in princ. Inst. Quib. non est perm. fac. test. ignorant & inadvertenter faciunt, quæcunq; faciunt l. 1. §. 6. Ne vis fiat ei qui in poss. l. 8. §. 2. ff. de Opt. vel elect. leg. eosq; innocentia consilii non aliter excusat, quàm furiosos, furor l. Divus. 14. de Off. Præs. l. pen. §. ult. ff. de l. Pomp. de Parricid. fatiq; infœlicitas d. l. infans. 12. Ad l. Corn. de sic. c. 2. c. aliquos. 5. c. 6. Vers. Neq; enim c. 7. c. 11. c. si quis insaniens. 12. Caus. 15. q. 11. c. 47. Dist. 50. l. ult. in fin. ff. de Admin. & peric. tut. Itaq; nec hi, nec illi vel in regularitatis pœnam incurrunt Clem. Si furiosus. de Homicid. ibiq; Covarruv. tom. 1. part. 3. n. 5. Dist. Hostiensis in d. c. 1. x. de Delict. puer.

41. Infantia proximi possunt quidem in contractibus ultro citroq; obligatoris sibi obligare alios, & conditionem suam facere meliorem, etiam sine tutore l. contra. 28. princ. & §. 1. ff. de Pact. l. 7. princ. ff. Quib. mod. pign. vel hyp. solv. l. solvendo. 39. ff. de Negoc. gest. l. pupillus. 11. de Acquir. rer. dom. l. solutione. 23. ff. de Solut. d. §. pupillus. 9. Vers. Sed in proximis infantia.

santia. Inst. de Tut. stip. l. 1. C. eod. ipsi verò pupilli in eiusmodi, vel similibus
causis vicissim nullatenus obligantur d. l. 1. l. obligari. 9. in princ. ff. de Auth.
tut. d. princ. Vers. Unde in his causis. Inst. eod. Iulianus. 13. §. si quis à pupillo. 29. de
Act. empr. l. pupillus. 5. §. 1. ff. de Auth. & peric. tut. l. venditor. 21. ff. de har. vel act.
vend. nisi in certis casibus in l. 1. princ. ff. de Contrar. tut. act. d. l. furiosus. 46. de
O & A. l. 55. l. 56. l. seq. de Acquir. har. §. 2. in fin. Inst. de har. qual. & diff. l. 4. C.
de har. act. d. l. 21. §. 1. ff. de Neg. gest. expressis. Ideo namq; illis tutores præfi-
ciuntur, tanquam tutores l. 1. §. 1. ff. de Tutel. §. 2. Inst. eod. d. l. 1. Vers. Quod ta-
men. C. de Tut. vel Curat. Illustr. & Vicarii quidam, vices patris gerentes l. tu-
tor. 27. ff. de Admin. & peric. tut. Nec justam conquerendi causam habent,
quicumq; cum impuberibus eiusmodi contraxerunt: quia non fuerunt,
vel esse non debuerunt ignari conditionis eorum, de quorum ætate fa-
cilimè, vel ex solo aspectu, constare potuisset l. 4. ibiq; Costal. ff. de har. vel
act. vend. l. qui cum alio. 19. ibiq; Dd. de R. I. l. 1. in princ. ff. de Exerc. act. l. si quis
patremfam. 3. ff. de SC. Maced. Proindeq; si ex contractibus cum eius æta-
tis personis sine tutorum auctoritate initis damnum senserint, id sibi,
non aliis imputent l. 9. §. 1. Vers. Idem querit. ff. Locat. Novell. 1. c. 2. §. Si verò.
2. Vers. Et hoc dicimus. c. 86. de R. I. in 6. cum concord. Schn. ad d. princ. Inst. de
Auth. tut. num. 12. ubi scribit varias quidem de hoc esse opiniones, communiter ta-
men teneri, quod etiam pupilli infantia proximi neq; civiliter neq; naturaliter
obligentur.

42. Cum tutorum auctoritate obligantur & naturaliter & civili-
 ter simul (1) Per l. pupillus. 5. in princ. l. impuberes. 13. ff. de Auth. tut. d. l. pu-
 pillus. 11. ff. de A. R. D. d. l. 1. §. huic proximus. 13. ff. de O. & A. d. §. pupillus. 9. Vers.
 Sed in proximis infantia. d. l. 5. de R. I. d. l. quamvis 32. §. infans. 2. ff. de Acquir. vel
 amit. poss. quibus in locis id dicitur esse receptum, ex benigniore juris
 interpretatione, ob pupillorum utilitatem Conf. l. 2. §. sed si filius. 5. in fin. ff.
 Ad Municip. (2) Deteriorem possunt facere suam conditionem, tuto-
 rum auctoritate apposita d. princ. Inst. de Auth. tut. cum sim. supra alleg. Item
 hæreditatē adire §. 1. Inst. Inst. eod. d. l. obligari. 9. §. 3. ff. eod. l. more. §. l. 25. §. jus-
 sum. ff. de Acquir. har. E. & sese obligare l. 20. §. 1. ff. de Novat. d. §. nunc. admo-
 nendi. 2. Inst. Quib. alien. lic. vel non. (3) Et si id ipsum illis non liceret,
 neq; auctoritas per tutores præstita aliter esset rata, quàm si indubita-
 tum esset, in pupillorum vergere emolumentum, quæcunq; geruatur,
 vix ulli reperirentur, quibus placeret cum tutoribus atq; pupillis con-

trahere, atq; ita magno incommodo huius ætatis homines afficerentur, nemine cum his contrahente *l. quod si minor. 24. § 1. ff. de Minor.*

43. Aliter serres habet in delictis, ex quibus non magis obligantur infantia proximi, ad pœnas legibus statutas, quam infantes per *jur. præallegata*. Regulariter siquidem non præsumuntur doli capaces, sed asserentibus, illos tales esse, incumbit probatio per *d. l. pupillum. III. princ. de R. I. §. pen. Instit. de Oblig. quæ ex del. nasc. Calder. quem refert & sequitur. Card. Tusch. tom. 4. Pract. Concl. jur. lit. I. Conclus. 59. n. 1. & seq. Covarruv. tom. 1. Relect. Clem. Si furiosus. de Homicid. n. 5. Vers. Quis autem dicatur doli capax. & in Epit. ad 4. lib. Decret. 2. part. c. 5. Ob id P. August. Morla in Emp. jur. part. 1. tit. 12. quest. 4. n. 3. cum aliis, eos similiter non incurrere irregularitatem existimat.*

44. Pupilli deniq; qui prope pubertatem sunt, ut *Vlp. loquitur in l. 4. §. de dolo. 26. ff. de dol. mal. & met. except.* ex delictis quidem obligantur civiliter & naturaliter, quia doli sunt capaces *l. sed & si. 5. §. 2. Vers. Quod si impubes. Ad L. Aquil. d. l. impuberem. ff. de furt. d. §. pen. Inst. de Obl. quæ ex del. nasc. l. impunitas. 7. C. de Pœn. d. c. 1. & seq. Extr. de Delict. puer. d. l. pupillum. III. in princ. & propterea irregulares fiunt *sec. August. Morl. d. q. 4. num. 3.* Nunquam tamen, etsi committendo deliquerint, membri alicuius mutilatione, aut capite puniuntur *l. si ex causa. 9. §. nunc videndum. 2. l. auxilium. 37. §. 1. Vers. In delictis. ff. de Minor. l. serè. 108. de R. I. c. tanta. 24. in fin. Dist. 87. Constit. wieder die Wiedertäuffer A. C. 1529. zu Speyer à Car. V. auffgericht / §. Hoch vnd Erwürdt. ibi: verstendiges alters / P. H. D. Car. V. Art. 164. & 179. sed quando alii, ob commissa maleficia, decapitantur, illi ob eadem virgistantum cæduntur *Conf. l. si arrogati. 14. princ. 1. §. 1. ff. de Tutel. l. 1. §. impuberi. 33. l. 3. §. ignoscitur. 7. l. exipiuntur. 14. ff. Ad SC. Syllan. A. Tiracquell. de Pœn. temp. Caus. 7. n. 6. ubi d. l. 14. admiratione dignam scribit, quod impuberibus pœnam imponat capitalem Matth. Ves. 3. Consil. 114. n. 43.* Dolus enim qui intervenit plerunq; minor est, quam puberum *arg. l. fin. C. de Test. milit. d. l. 1. ff. de Minor. Arist. 1. Polit. ult. imbecillitasq; maxima Cic. 1. Off. M. Berl. h. part. 5. Conclus. Pract. 43. n. 39. Ves. d. Cons. 114. n. 41.* Quoties verò in delictis minor occurrit dolus, toties eadem mitius puniuntur *l. 1. C. Si advers. delict. l. 23. §. 2. ff. de Aedil. edict. c. non afferamus. 21. Caus. 24. q. 1. ut sic pœnitentiam exaggerent, qui exaggerarunt culpam c. Deus. 78. de Pœnit. Dist. 1. maiora crimina maioribus abluantur *fletibus c. quid ergo. 6. Caus. 23. q. 5. c. quia sanctitas. 16. in fine princ. Dist. 50. dissimiles comitentur****

pœnæ

pœnæ, eos, quos disparfacinus coinquinavit *c. un. in fin. de Schismat. in 6. l. si quatenquam. 31. in fin. C. de Episc. & Cler. c. fin. de Excess. pralat. & pœnæ excessibus commensurentur l. perspicendum. 11. ff. de Pœn. Novell. 134. c. ult. Novell. Leon. 61. 66. 77. & 105. c. disciplina. 9. Dist. 45. Ita Covarruv. d. tom. 1. Relect. Clem. Si furiosus. de Homicid. n. 5. Vers. Quis autem dicatur. Tiraquell. d. caus. 7. n. 1. & seqq. J. Clar. 5. Sent. §. ult. q. 60. Menoch. de Arb. jud. cas. 329. n. 5. & seqq. Gomez. 2. V. R. 1. n. 57. Ant. Thess. Decis. Pedem. 161. per tot. Andr. Geil. 2. Obs. Pract. 100. n. 33. Matth. Wes. d. conf. 114. per tot. Dec. Cagnol. & Dd. alii in d. l. ferè. 108. P. August. Morl. d. q. 4. n. 2. Hartm. Pift. d. Obs. 122. n. 2. 4. & seqq. ubi refert puerum. 11. annorum incendiarium, virgis tantum in carcere casum, non autem relegatum esse. & Joh. Schneid. ad d. princ. num. 17. & seqq. Inst. de Auth. tut. & in §. in summa. 18. Inst. de Obl. qua ex del. nasc. n. 2. & seq. & in §. ex maleficiis. 18. in Act. furt. n. 7. & in §. si quis agens. 33. n. 5. & seqq. Instit. de Act. ubi non solum testatur, ita pronunciari, sed & pronunciandi formam ostendit.*

45. Num eiusmodi pupilli, pubertati proximi, absq; tutorum auctoritate contrahentes, obligentur, difficultas esse creditur plus habens discriminis, peneq; inextricabilis? Regulariter & eos, ne naturaliter quidem, obligari, & verius est, & æquius. Verius est 1. Per d. l. 1. C. de Inutil. stip. l. 1. §. 2. de Constit. pec. l. 3. §. 2. de SC. Maced. l. quod pupillus. 41. de Condict. indeb. l. pupillus. 59. de O. & A. l. si pupillus. 127. de V. O. d. l. impubes. 13. ff. de Auth. tut. §. ult. Vers. Sin autem aliter. Inst. Quib. alien. lic. vel non. l. si ex duobus. 12. §. 1. ff. de duob. reis constit. l. si pupilli. 66. ff. de Solut. l. Iulianus. 13. §. antepen. ff. de Act. empr. In plerisq; dicitur, sine tutoribus pupillos obligari non posse. At verbum, potest, positum negativè, inducit præcisam necessitatem, jurisq; impossibilitatē, & privat, vel negat potentiam Rubr. C. Nova vestig. instit. non poss. l. non poterit. 63. ff. de furt. c. 1. de R. l. in 6. & ubiq; Dd. Bart. in l. de his. n. 4. de Transact. & in l. Gallus. n. 4. de Lib. & posth. & in l. ult. n. 1. ff. de furt. latè Ant. Corset. in Singularibus suis ad verb. potest. 2. Deteriorem suam conditionem faciunt pupilli, quando aliis sese obligant d. princ. & §. 1. Inst. de Auth. tut. d. §. nunc admonendi. 2. Inst. Quib. alien. lic. & arg. l. si pater. 4. in fin. C. de Sponsal. l. 1. de Minor. §. impubes. 6. Inst. de Attil. tut. Regula verò est, meliorem quidem conditionem licere eis facere etiam sine tutoris auctoritate: deteriorem vero non aliter, quam cum tutoris auctoritate d. princ. d. l. pupillus. 11. de Acquir. her. d. l. 7. in pr. Quib. mod. pign. vel hyp. solv. cum sim. 3. Prohibitus alienare, ut non potest hypothecare res prohibitas.

bitas alienare l. ult. C. de reb. alien. non alienand. l. 1. §. eam rem. 2. ff. Quæ res pign. vel hyp. dat. Tyraquell. post ll. Connub. Gl. 5. n. 109. Pinel. in l. 1. C. de bon. matern. 3. part. n. 19. ante fin. Card. Tusch. tom. 1. Concl. Pract. jur. lit. A. Concl. 261. n. 24. ita etiam non potest se obligare sec. Bald. Alex. Dec. Purpurat. & alios quos sequitur P. Barbof. 3. part. l. 1. ff. Solut. matrim. num. 57. & 59. in princ. quia jus contrahendi obligationem pars quædam esse videtur administrationis bonorum l. verba. 20. l. bonorum. 49. de V. S. quæ non pupillis, sed tutoribus competit d. l. quod si forte. 14. §. 1. ff. de iureiur. l. cum plures. 12. §. 3. de Admin. & peric. tut. l. tutor. 33. ff. de furt. Alienationem autem pupillari ætati permissam non esse, supra probatum est. 4. Per rationem d. l. pupillus. 189. de R. I. c. 2. ibi: In ætate tenerã. x. de Vot. & vot. redempt. 5. Exceptionum ea est natura, ut in casibus non exceptis regulæ officium constituent, confirmant, & jus regulare contrarium faciant l. 1. ibiq. Dd. ff. de Off. eius cui mand. est jurisdict. Alexand. 7. Consil. 32. n. 4. & Consil. 65. num. ult. modò sint de genere regulæ Scip. Gentil. lib. 3. de Jurisdict. c. 25. p. m. 429. Atqui præter casus speciales, in Conclus. 39. adductos, impuberes ad pubertatis annos proximius accedentes, tutoribus non præsentibus, obligantur adhuc in tribus aliis, paulò post in Conclus. 47. & seqq. recensendis. Ergo.

46. Aequius etiam est ac humanius 1. Quia hætenus probavi, jus ac rationem Civilem nolle, pupillos pubertati vicinos civili obligationi esse obnoxios. Cum igitur jus civile æquitatem rationemq; naturalem, ex qua obligatio naturalis promanat, maximè spectet l. placuit. 8. C. de Iudic. l. in omnibus. 90. de R. I. semper h. beat ante oculos l. quod si Ephefi. 4. §. 1. in fin. ff. de eo quod cert. loc. l. hac lege. 8. C. de Pact. convent. tã sup. dot. l. 8. in fin. ff. de Pact. imò ars sit boni & æqui, Celso ac Vlp. definituribus in l. 1. princ. ff. de Iust. & iur. l. pen. ff. de Interrog. in iur. fac. l. pen. §. ult. de Cond. & dem. Verisimile est, pupillos eiusmodi nec naturaliter obligari. Ut enim in verisimilia in iudiciis sunt respuenda eleg. Vinc. Honded. vol. 1. part. 7. Consult. 102. n. 51. 52. & seqq. H. Vult. 1. Consil. Marp. 15. n. 153. & seqq. Ita verisimilia in causis decidendis sequenda per text. in l. sed si damnum. 9. §. præterea. 4. Vers. Quoniam nõ est verisimile. ibiq. Dionys. Gothofr. ff. de Pecul. l. si is cui 94. §. ult. in fin. ff. de Solut. Myns. R. sp. 3. n. 76. Dec. 13. cæterisq; coniecturis ac rationibus anteponenda Ioh. P. Surd. Consil. 431. n. 34. & seq. Hartm. Pist. l. 3. q. 8. n. 37. A. Geil. in tr. de Pignor. c. 17. n. 6. Matth. VVes. 4. Consil. 199. n. 11. & seq. 2. Quamvis æquitas naturalis jubeat conventa servare l. 1. de Pact. contra-

De Pupilli Oblatione & Oblig.

73

riatamen ratio naturalis pro pupillis militat in l. 1. in princ. l. 3. §. servus. 11. l. non omnia. 44. ff. de Minor. tradita, quæ tantò fortior, quantò specialior l. 2. C. de Serv. pign. dat. man. l. si quis mihi. 25. §. sed utrum, de Acquir. her. l. in toto. 80. de R. I. 3. Casus solummodò speciales & exceptuati, in quibus naturaliter obligantur, in æquitate fundantur naturali.

47. Primò obligantur naturaliter, in quantum facti sunt locupletiores. l. 3. §. pupillus. 4. l. si pupilli. 6. ff. de Neg. gest. l. minores. 16. princ. ff. de Minor. l. eatenus. 10. ff. de Instit. act. l. 1. in princ. l. pupillus. 5. in princ. & §. 1. ff. de Auth. tut. l. 3. l. naturaliter. 13. §. 1. l. 29. l. quod pupillus. 41. ff. de Condict. indeb. l. 3. in princ. ff. Commod. l. pupillus. 59. ff. de O. & A. l. 47. d. l. si pupilli. 66. in fin. ff. de Solut. Aliàs alii, qui cum ipsis contraxerunt, deciperentur contra l. sed si pupillus. 11. §. 5. in fin. de Instit. act. l. 3. §. fin. ff. Pro Soc. & pupilli locupletarentur cum aliorum detrimento, q̄ divino pariter ac naturali jure prohibitum esse, constat ex Prov. c. 16. v. 8 c. locupletari. 48. de R. I. in 6. l. jure natura. 206. ff. eod. l. 3. §. 12. ff. de Pecul. l. planè. 38. ibi: Non enim debet. ff. de Pet. her. dixerunt q̄; Veteres: Paria esse dolum committere, & cum alterius injuria fieri locupletiores l. 1. §. ult. ff. Deposit. l. 17. §. pen. ff. de Instit. act. Zang. de Except. c. 18. part. 3. n. 58. & seq. De primo hoc casu, si de pupillis locupletatis, intelligo l. si pupillus. 21. princ. Ad l. Falcid. l. si eius pupilli. 64. princ. ff. Ad SC. Trebell. & l. si quis mancipis. 17. §. si impuberes. 2. ff. de Inst. r. act. id q̄; jubent text. in d. l. impuberes. 13. de Auth. tut. l. fideiussor. 16. §. naturales. 4. ff. de fideiuss. l. naturaliter. 13. §. ult. l. interdum. 29. l. quod pupillus. 41. ff. de Condict. indeb. l. 4. §. si quis. 4. ff. de dol. mal. & met. except. Diss. noviss. post alios quàm plurimos H. Bocer. in tract. de Invest. feud. c. 3. num. 15. & adducti à Treutler. 2. Diss. r. 20. thes. 9. lit. a.

48. An civiliter quoq̄; obligentur à pubertate non multum remoti, locupletiores sine tutoribus, ex hoc, illo, vel alio contractu, facti? Injura est, non futile sed utile, cuius investigatio animos inscitiae rubigine exuit, & acuit ad alia. Affirmativam tuentur Matth. Steph. Cent. 1. q. 87. Arumæ. Ex. Inst. 3. 8. 13. Harprecht. ad d. princ. Inst. de Auth. tut. n. 24. & seqq. Ern. Cothman. 4. Respons. 37. num. 13. & tam ante, quam post eos alii: quos falli scribunt Giphani. in d. l. furiosus. 46. & 7. ff. de O. & A. Jul. Pac. 4. q. 16. Osw. Hillig. d. lib. 12. Donell. enucl. c. 2. in Not. circa fin. & c. 22. l. O. Phil. Matth. in d. l. 5. n. 27. & seq. ff. de R. I. & Dn. Helfr. Ulr. Hunn. olim Com-petitor meus in Resol. ad Treutl. Vol. I. Diss. 6. 8. 5. q. 32. Ego non hos, sed illos sequi malo 1. Quia ex D. Pii rescripto datur contra pupillos utilis actio

K

actio

actio l. 3. in princ. ff. Commod. d. l. 1. & l. 5. in princ. de Auth. tut. l. 3. §. 4. ff. de Neg. gest. l. 1. §. an in pupillum. 15. ff. Depos. d. l. si pupilli. 66. quæ cura ex constitutione ac rescripto competat, rectè civilis dicitur per l. un. ff. de Condict. ex leg. §. lex est. 4. Inst. de l. N. G. & C. l. 2. §. 5. ff. de aq. & aq. plu. arc. junct. l. naturales 10. de O. & A. & l. fideiussor. 16. §. 4. ff. de fideiuss. Subesse igitur necesse est obligationem, quæ actionis est mater & causa l. licet. 42. §. 2. ff. de Procurat. Ias. ad Rubr. Inst. de Act. & ibid. Schn. n. 8. & in §. omnium. 1. num. 51. & seq. Inst. eod. 2. Lucrum honestum, aff. rente. Casiod. in Epist. est, quod justè acquiritur, per quod nemo læditur, & nulli præiudicatur fac. l. b. fides. 31. §. 1. ff. Depos. Dolum autem malum pupilli facere videntur, dum ex aliena jactura quærunt lucrum l. si quis mancipiis 17. §. Proculus. 4. de Inst. act. Dolum ergo cum sit delictum l. 1. §. 1. §. 2. & tot. tit. ff. & C. de Dol. mal. Gloss. in l. 1. §. si apud servum. ff. Depos. Paris. 4. Conf. 52. n. 28. Socin. jun. 3. conf. 113. n. 8. eo ipso civilis quoq; obligatio (non inventionis, sed approbationis intuitu sic dicta) est concedenda per d. l. 1. §. in pupillum. 15. ff. Depos. 3. Propter l. obligari. 43. de O. & A. & l. 1. princ. ff. de Contr. tut. & util. act.

49. Dux hæc sese offerunt quæstiones quotidianæ, Practicabiles, & passim in foro & palatiis pariter occurrentes testante Vinc. Caroc. Decis. 27. in princ. Prior est, quando pupilli dicantur locupletiores effecti? Posterior? Ad quos spectet onus probandi, pupillos factos esse locupletiores; vel minus? Priorem decidendam esse dico & ducō ex l. verum est. 11. §. sciendum. 3. §. 4. & seq. ff. de Minor. l. in pupillo. 47. §. 1. ff. de Solut. l. 2. C. de Neg. gest. l. sed & si lege. 25. §. consuluit. 11. §. seq. ff. de her. petit. d. l. si quis mancipiis 17. & §. 1. de Inst. act. d. §. nunc admonendi. 2. Vers. Sin autem aliter. Inst. Quibus alien. lic. vel non junctis iis, quæ præ cæteris Dd. eruditè tradit Iac. Men. 6. Prasumpt. 27. n. 1. 2. & seqq. & Joh. Oldend. Class. 3. Act. 2. in c. de fruct. & access. §. Sed cum fructus. p. m. 305. P. Montan. de tur. tutel. c. 33. n. 128. & seqq.

50. In posteriore Interpp. mirè variant, uti videre est apud Vincent. Caroc. d. Decis. 27. per tot. Menoch. d. prasumpt. 27. n. ult. Dom. Card. Tusch. Tom. 5. Pract. Conclus. jur. lit. L. Concl. 437. n. 1. & seqq. Hann. in Resol. ad Treutl. d. Disp. 6. q. 31. p. 371. Joh. Scharf. in d. l. 2. n. 3. C. de Neg. gest. Tutius est cum Joh. Zang. ex tract. de Except. c. 1. part. 3. in 93. & quem citat, Car. Molinæ. de V. sur. num. 280. asserere, probationem incumbere dicentibus, pupillos, vel his similes personas locupletiores esse factas, imprimis educatione salutari deficiente 1. Pro regula enim traditum est, non ei qui negat, sed qui dicit & affirmat, onus probandi esse imponendum l. 2. l. 5. ff. de

ff de Probat. l. 1. l. actor. 23. & utrobique, H. Donell. lib. 25. Comm. Jur. Civil. C. de Probat. l. 4. C. de Edend. §. non solum. 4. Inst. de Legat. cum negantis factum per rerum naturam nulla sit directa probatio c. quoniam. 11. in princ. x. de Probat. 2. Per l. 1. C. de Solut. & lib. deb. civit. lib. 11. Auth. Hoc jus porrectum in fin. C. de S S. Eccles. Nov. 120. c. 6. & 7. ubi dicitur, eos, qui prætendunt aliquid in Ecclesiæ, vel Reip. utilitatem, esse conversum, probatione onerari. Multò magis igitur idem asseverandum, de agentibus contra pupillos ac minores, quorum jure Ecclesiæ atq; Respub. utuntur, & quibus comparantur c. 1. Extr. de int. restit. c. 1. eod. in. 6. Cothm. 2. Resp. 52. n. 137. And. Fachin. 1. Consil. 5. n. 49. 50. & Consil. 10. n. 24. ubi vid. dissentientes. 3. Per l. antepen. Vers. Emptor autem si probare. C. de Prad. & al. reb. min. sine decr. non alien. Conf. H. Pist. 1. quæst. 37. n. 30. & seqq. 4. Omnis ætas ab adolescentia in malum prona est c. 1. Caus. 12. q. 1. c. 1 in princ. Vers. Verum iste. Dist. 34. d. c. 2. x. de Vol. & vot. redempt. Aetas hæc suapte natura everfionis, dispersionisq; rerum patrimonialium, nec non aliorum vitiorum est incitamentum l. cum non solum. 8. §. 5. C. de bon. quæ lib. Aristot. 1. Eth. 3. & 4. cap. 9. & 2. Rhet. ad Theod. c. 12. & experientia parvitas pravitatis ipsorum magnum est patrocinium Ant. de Guev. lib. 2. Horol. Princ. c. 37. p. 385. Nec ullius unquam in juventute actiones adeo fuerunt honestæ, quin emendare illas honestius fuerit, quàm enarrare, a jebat olim M. Aurel. Imp. ad Pollionem referente Guev. lib. 1. Hor. Princ. c. 2. p. 6. in fin. Non ergo præsumendum facillè, pupillos esse factos ditiores, & præsumptio eiusmodi illos probatione onerat, contra quos militat per jura allata à Peck. in c. semel. 8. n. 4. de R. I. in 6. VVes. in c. ff de Probat. n. 14. & Menoch. 1. Præsumpt. 33. n. 2. Quibus etiam Advocati bene consulant, si non solum de ducant ac probent pupillos hoc vel illud in usus suos convertisse, sed etiã locupletationis species accuratè deducant arg. d. l. sed & si lege 25. §. 12. ff. de her. pet. Angel. Consil. 16. n. 46. & Consil. 160. Pro decisione. in fin. Dec. Consil. 79. n. 133. & 160.

51. Secundus casus, quo pupilli pubertati propinqui ex conventionem, sine tutorum auctoritate, non naturaliter non solum, (a) sed & civiliter (b) obligantur, est, quando dolus illorum intervenit (a) l. heredibus. 13. §. 1. ff. de dol. mal. l. 2. §. fin. ff. Commod. d. l. 1. §. an in pupillum. 15. ff. Depos. d. l. apud Celsum. 4. §. de dolo 26. ff. de Dol. mal. & met. except. Et si enim pupillaris ætatis magnus est favor l. 1. & tot. tit. de Minor. l. Iulianus 13. §. si quis à pupillo. 29. de Act. empt. d. princ. Inst. de Auth. tut. ibiq; Schn. n. 9. Ant. Fab. in l. Pap. Pr. 1. Ill. 2. & Dd. causamq; pupillorū semper & ubiq; præcipuam esse oportet

ret d. § fin. Inst. Quib. alien. lic. Cothman. 4. Resp. 41. n. 15. nullibi tamen leges
 permittunt pupillis Potestatem faciendi conditionem suam meliorem
 ex delicto l. ult. in fin. C. de Reb. cred. l. 6. §. ult. ff. de Iur. dot. l. 134. §. 1. de R. I. l. si
 legatarius. 25. C. de Legat. l. 26. §. 6. Ex quib. caus. maior. 25. ann. cum concord.
 sed deceptis tantum opitulantur, non deceptoribus c. 8. Vers. Attendentes. x.
 de Donat. l. 2. C. Si min. se maior. dix. l. 2. §. 1. ff. Ad SC. Vellei. & subveniunt in-
 firmitati, non calliditati l. 1. l. seq. C. Si advers. delict. l. si ex causa. 9. §. 2. l. auxi-
 lium. 37. princ. & §. 1. ff. de Minor. c. pen. ex de Collus. deteg. Regula enim justi-
 tiae manifesta est, quod à vero non liceat declinare virum bonum, nec
 damno afficere quenquam, nec aliquid dolo annehere rei suae Ambros.
 lib. 1. offic. Ita inter alios Duar. ad tit. C. de Commodat. c. 7. Goedd. in tr. de Con-
 trah. stip. c. 7. Concl. 12. n. 212. & seqq. noviss. Val. Guil. Forst. lib. 1. Inst. tract. Disp.
 4. 8. 10. ubi vid. diff. (b) Per d. l. heredibus 13. §. 1. d. l. 4. §. 2. de dol. 26. Com-
 munis namq; ac veriss. est sententia, ex delicto & civilem & naturalem
 obligationem oriri, ut contra Gloss. in §. 2. verb. pene. Inst. de I. N. G. & C.
 merito defendit ibid. Schn. n. 21. & add. princ. n. 15. & seq. Inst. de Auth. tut.
 & in Rubr. tit. Inst. de Oblig. qua ex del. nasc. n. 2. 3. & seq. Ferd. Vasq. 1. Contro-
 vers. 28. n. 12. & 15. Joh. P. Surd. Decis. 158. n. 4. & 15. & Goedd. ad l. 6. n. 4. &
 seqq. & in l. 12. n. 8. de V. S.

§ 2. Tertius deniq; casus, quo committit aequitas, tutoribus non
 adhibitis, obligari pupillos ad pubertatis annos properantes naturaliter,
 est, cum non de ipsorum, sed de tertii tantummodo alicuius praedicio
 agitur, pro ut fit in casu l. si pupillus. 35. de Recept. qui arb. recep. d. l. si pupillus.
 127. de V. O. l. in numerationibus. 44. Vers. Item si pupillo. d. l. Stichum. 95. §. ad-
 ditio. 2. §. 4. ff. de Solut. l. cum illud. 25. §. 1. ff. Quand. dies legat. l. 1. §. 1. ff. de No-
 vat. & §. praeterea. 3. Inst. Quibus mod. toll. obl. Auctoritas siquidem tuto-
 rum ad hunc interponitur finem, ut pupillis subveniatur in damnis,
 non in rebus prosperè gestis l. non eò minus. 14. C. de Procurat. ne pupilli
 conditionem suam faciant deteriore m saepe d. l. contra. 28. princ. & §. 1. de
 Pact. cum sim. Damit die Pupillen vnd Minderjährigen Kinder un-
 betrogen vnd unvernachtheilet bleiben / air Car. V. in d. tit. von der Pupillen
 tutorn & c. in princ. Vers. wann aber nun. Das sie aus vnnnd innerhalb des
 Rechtens trewlich beschirmet vnnnd verereren / was ihnen nützlich / voln-
 bracht / was schädlich vnd vnnützlich vnterlassen werde / air Albertus Ar-
 chiepiscopus Moguntinus in der Vntergerichtsordn. des Erbstiftes Meink-
 tit. Der Vormünder Eydt. f. m. 13. cui concordat, die Gerichtsordn. des
 Erke.

Erststiftes Cöln/eod. tit. f. 43. nec non Ehurf. Pfalz Hoffgerichts Ordn. tit. 28. Lüneburg. Hoffgerichts Ord. tit. 17. Hæc igitur causa finalis cum in easu hoc tertio cesset, merito cessat ipsa dispositio c. cum cessante. 60. in princ. x. de Appellat. Everh à Middelb. in loc. à Cessat. Rat. 80. n. 2. & 5. in fin. P. Barbos. i. part. l. 1. ff. Solut. matrim. num. 87. & seq. quoniam causa finalis, tanquam rerum omnium arbitrarectissima, basis atq; fundamentum, totam regit dispositionem Frid. Pruckm. i. Consil. 49. n. 77. Cothman. i. Resp. 9. n. 113. & 2. Resp. 78. n. 65. & seq. illamq; restringit, limitat, extendit Val. Forster. i. Consil. Marpurg. 8. n. 5. H. Vult. 3. Consil. 35. n. 169. omnia gubernat ac moderatur Matth. Vves. 3. Consil. 148. n. 235. & 4. Consil. 199. n. 73. Vers. Causa n. finalis. Unde constanter colligo, præter casus hæctenus deductos, ne naturaliter quidem, pupillos sine tutoribus authoribus obligari.

53. Num de hoc, vel de primo casu intelligenda sit d. l. ult. princ. Vers. Sin verò creditor. ff. de Iurejur. d. l. si pupillus. 127. d. l. Stichum. 95. §. naturalis. 4. dubitatur ac disputatur à variis variè? Hubertus Giphon. in Lect. Althorph. ad d. l. furiosus. 46. n. 10. 16. & 19. Borch. in tr. de Reb. credit. c. 3. n. 18. p. 137. multiq; alii accipiunt dd. textus, de pupillis qui facti sunt locupletiores. Alii aliter. Verùm ἀλόγως: quia JC. Scævola præsertim in d. l. 127. de pupillo agit, adversus quem nulla est petitio. Jure autem manifestissimo cautum est, pupillos, qui facti sunt locupletiores, non naturaliter solum, sed & civiliter obligari Vid. supr. conclus. 48. atq; ita & actionem contra eosdem competere, sine qua nemo potest in iudicio experiri l. si pupilli. 6. §. videamus. 9. de Negoc. gest. l. nihil aliud. 51. ff. de O. & A. princ. Inst. de Act. P. Heig. i. quest. 38. n. 2. A. Geil. in tract. de Arrest. Imp. c. 5. n. 6. & seqq. Non igitur de primo, sed de tertio casu dd. II. sunt exaudiendæ, & asserendum, pupillos ibi quidem naturaliter esse obligatos, per l. stipulatus. 6. §. fin. l. fideiussor. 16. princ. & §. 3. l. Marcellus. 23. l. 32. l. si debitori. 47. ff. de fideiuss. §. 1. & 5. Inst. eod. sed ad eum duntaxat effectum, ut possint intervenire fideiussores & hi fideiussione suâ sibi tantum, non illis ullum parere præjudicium arg. d. §. impuberes. 16. Inst. de Attil. tut. d. princ. Inst. de Auth. tut. l. 13. de Excus. tut. l. 14. l. quod pupillus. 41. ff. de Condict. indeb. d. l. pupillus. 59. ff. de O. & A.

54. Simili modo intelligenda est d. l. cum illud. 25. §. 1. nec approbanda emendatio Cuiac. lib. 14. Obs. c. 4. & ad d. l. si pupillus. 127. Joh. Borch. ad tit. de Reb. cred. c. 3. n. 16. & ad tit. ff. de V. O. c. 23. n. 42. Jul. Pac. Cent. 4.

quest. 10. circ. fin. & Hann. ad d. Disp. 6. d. 5. q. 31. qui in princ. d. §. 1. particu-
lari, N E C, ab auctoribus Florentinae editionis duobus semicirculis inclu-
sam, expungentes, & in locum eius substituentes coniunctionem, E T,
pupillum ibi locupletiolem factum esse arbitrantur. 1. Quamvis enim
Exemplaris Florentini summa sit auctoritas teste Bart. in l. 3. n. 4. C. de Con-
dit. ob caus. dat. & Goëdd. in Rubr. ff. de V. S. n. 26. Tamen juris Interpretes
deceat peritiss. imitari medicos. At quis eorum sectionibus & utionibus, si
aliter morbum abigere vel curare queat, utendum putat? Ita legum cor-
rectio, quantum fieri potest, à J Cris est evitanda arg. l. 1. & l. fin. C. de Legib.
l. 2. §. 21. in fin. C. de Vet. jur. enucl. Novell. 43. princ. & Nov. 143. princ. & ut id-
ipsum fiat, jura potius juribus sunt concordanda sec. text. in c. cum expe-
diat. 29. de Elect. in 6. l. un. ibiq; Dd. C. de Inoff. dot. 2. Papinianus in d. l. 25. §. 1.
expressè respondet, pupillum, quem prædicti D d. locupletiolem factum
esse statuunt, in statu debiti præsentis nihil debere, nec ab eo ante solu-
tionem quicquam exigi posse: quod de tali pupillo affirmare, absurdissi-
mum est, ex adductis in concl. 48. Neq; potest 3. Papinianus loqui de eo
jure, quod ante D. Pii rescriptum obtinuit. Hic namq; circiter annum
Christi 138. Imperii clavum tenere cœpit. Ille verò, anno ætatis 37. sec.
Val. Forst. lib. 2. hist. jur. Civil. c. 76 n. 12. & seq. Socin. in Rep. l. cum avus. de Con-
dit. & dem. sub turpiss. monstro ac fratricida, Antonino Bassiano Cara-
cella, A. C. 219. 8. Aprilis à quodam Asiæ Præfecto, ex Macrini instiga-
tione, interfecto, vixit Dn. Christoph. Helvic. amicus meus, dum vixit, optimus
in Chronolog. Vnivers. in 4. Monarch. Rom. p. m. 63. & seq. Author des Monar-
chen Büchleins. part. 7. p. m. 224. 241. & seq.

55. Audiendus etiam non est Johannes Robert. lib. 3. Animadv. c. 21.
quem inter alios neotericos securi sunt Phil. Matt. in d. l. 5. n. 23. & seq. ff. de
R. I. Quir. Kub. Cent. 10. Quest. Ill. Dec. 10. q. 5. circ. fin. Ab his refertur obli-
gatio naturalis, cuius fit mentio in d. l. 25. §. 1. nō ad debitum præsens, sed
ad futurum, & prætenditur pupillum ex mutuo, in negotiatione forsitan
collato, sine tutoris auctoritate, longiori demū intervallo interiecto, lu-
crum aliquod percepisse. Verūm (1) divinatoria est eiusmodi respōsio,
neq; divinationis ulla potest afferri urgēs ratio, & ideo nō est attendenda
arg. l. si fideiuss. 29. §. 2. ff. Mand. l. qui ad certū. 14. ff. Loc. l. continuus. 136. §. cum
ita. 2. §. 4. de V. O. Men. 3. Cons. 101. n. 1. Imprimis (2) cum verba d. l. 25. §. 1.
dilucidè agant de pupillo, qui sine tutore nummos mutuo accepit, &
nō est locupletior factus. Hunc volant naturaliter esse obligatum, sed ad
(3) illum

(3) illum solummodo effectum, ut subsistat legatum, & testatoris mutuatis hæres pecuniã, à pupillo solutã, legatario p̄stare teneatur, ipsi a pupillo nec obligatio, nec solutio noceat, & liceat solutã pecuniã adhuc extantem vindicare, consumptam condicere, sive ex quadã scientiã solverit, sive ex errore facti, vel juris *d. l. naturaliter. 13. §. 1. d. l. interdum. 29. l. quod pupillus. 41. ff. de Condi& indeb. d. §. nunc admonendi. 2. Inst. Quib. alien. lic. l. regula. 9. in princ. ff. de Iur. & facti ign. l. 2. l. ult. C. eod. l. 2. C. Si advers. solut. l. 1. & 2. C. Si advers. vendit.*

56. His omnibus libet adjicere casum, à præsentî dissertatione haud alienum, adductum ab Anr. Thess. Dec. Pedem. 147. n. 1. & seqq. Debitor die dictã in obligatione juratã non solvit, & inde moritur, relicto pupillo, qui vocatur in jus, offert quod debet. Quæsitum fuit, an teneatur ad interesse mercatori creditori à die moræ paternæ? Tres opiniones refert Thess. *d. loc.* Planè autem ac plenè casus ille decidi nequit, nisi quis simul sciat 1. An pupilli possint in morã constitui? & 2. An jusjurandum sine interpellatione in morã constituat? Affirmativam prioris *in r̄ua r̄os* sententiam propugnant *l. d. l. si pupillus. 127. de V. O.* ubi mora pupillo bis adscribitur. 2. Recessus Deput. Rudolphi II. A. C. 1600. *Spiræ promulg. §. Sovtel num. 139.* ubi permittitur civis à quovis, in contractibus etiam mutui usurarum quincuncium perceptio, quæ, nõ nisi à tempore moræ, debentur. Sed nullius hili ac pili hæc sunt. *In d. l. si pupillus. 127.* verbis initialibus attribuitur quidem pupillo mora, sed ibi moram, meram cessationem sive procrastinationem significare, arguit ipse contextus, & regula subiecta, nec non *l. nulla. 88. ff. d. R. I.* *In d. Const. Rudolphi Imp.* non dicitur posse, pupillos committere moram, & ex generalitate verborũ idem sine absurdissimo absurdo, ac manifest. *si. legum violatione* inferri nullatenus potest. Itaq; , ut de meo panno aliorum purpuræ quid ad suam, ita statuo. Aut pupillus alicui quid debet ex contractu, sine tutoribus authoribus inito: Aut est obligatus ex facto alterius, parentis fortè, vel eius, à quo fuit institutus hæres. Priori casu in mora non constituitur. (1) Per text. *in l. sed si. 24. & d. l. si pupillus. 127. ibiq; Giph. n. 3. & H. Donell. n. 2.* Non enim est in morã (2) qui, quid, quantumve debeat, nescit *l. non potest. 99. de R. I. l. quod te. ibiq; Gloss. & Dd. Si cert. pet. l. 1. & ibid. Sichard. n. 3. C. de his quæ vi metus ve caus. P. Barbos. in l. si mora. 10. num. 63. Vers. Habet nihilominus. ff. Solut. matrim. p. m. 37. P. Wes. Consil. 7. n. 23. & (3) qui non potest dare, aut alienare *l. 14. §. ult. l. qui sic. 55. l. 60. cum similib. ff.**

lib. ff. de Solut. Atqui pupillus ut ignorat an aliquid, vel quantum debeat
 d. §. 9. Inst. de Inutil stip. l. 1. ff. de Minor. ita eid. jus administrandarum alien-
 andarumq; rerum minimè competit *sec. jura in concl. 23. collecta.* Poste-
 riori casu, *an pūp. loquendo,* pupillus quidem in mora est, ex argumen-
 tis modò adductis: moræ tamen proprietatem atq; effectu *in l. mora. 23.*
 §. 2. ff. de Vsur. l. 23. l. si servum. 91. §. sequitur. 3. de V. O. propositos, ad pupil-
 lum, vel magis ad tutores pertinere, omnino puto *per d. l. sed si. 24. de V. O.*
l. magis puto. 5. §. sed si pater. 6. ff. de Reb. eor. qui sub tutel. d. §. So viel nun. 139.
 Hæres namq; eadem reputatur persona cum defuncto *l. quadam sunt. 9.*
 §. 1. ff. de Edend. l. si per imprud. 51. §. non mirum. 3. ff. de Evid. Surd. Consil. 457.
 n. 27. Sibarid. in l. 2. n. 1. circ. fin. C. de Pact. respectu videlicet juris activi, vel
 passivi, in personâ defuncti formato *sec. Joseph. Ludov. Aret. & Hier. Cagnol.*
alleg. à Goëdd. 3. Consil. Marburg 33. n. 141. & seq. & succedit cum sua causa,
suisq; vitiis l. vitia. II. C. de Acquir. poss. l. hæres. 37 ff. de Acquir. har. l. si ego. II.
 §. 2. de Publ. in rem act. l. cum hæres. II. de divers. temp. prescript. nec potest, aut
 debet successor melioris esse conditionis, quàm fuit antecessor *l. hare-*
dem. 59. l. 62. l. 120 l. quod ipsis. 143. l. 160. §. ult. l. 157. §. 1. de R. I. Myns. Dec. II.
Resp. 3. n. 42. Vid. Andr. Kohl. Ex. 13. n. 51. Aruma in tr. de Mora c. 6. n. 6. & seq.
 57. In altera controversia Doctores communiter juramento &
 hunc tribuunt effectum, quod possit iurantem constituere in morâ,
 absq; alia interpellatione. Idem tenent Everh. à Middleb. in Loc. à Juram.
 vi. 130. num. 43. Kirch. Ant. Gabr. Cravett. Menoch. & Rol. à Vall. relati à
 Treutl. 2. Disp. 3. §. 6. lit. c. cum quo in sententiam negantium, tanquam
 fortioribus fundamentis suffultam, descendo 1. Per text. in d. Recess. Dep.
 de An. 1600. §. Wann in einer Verschreibung. 33. 2. Arg. c. brevi. x. de Iureiur.
 3. Licet n. jusiurandū quò ad cōtractus validitatē atq; observantiā defū-
 cti hæredē æquè, ac ipsū defunctū obliget *sec. text. & Dd. all. ab Adr. Gylm.*
lib. 1. Rer. judic. c. 14. n. 43. & Ern. Cothm. 5. Resp. 1. n. 552. & seqq. Tamen quò
 ad animæ vinculum, periuriumq; evitandum est personale quiddam, ad
 tertium minimè extendendum *l. 3. §. pen in fin. l. 7. de Iureiur. l. 7. §. si peten-*
ti. de Publ. in rem act. & regulatur secundum naturam actus, super quo in-
terponitur per not. à Schurff. 2. Consil. 37. n. 26. Myns. Dec. II. Resp. 3. n. 69. &
seqq. Cothm. 1. Resp. 18. n. 58. 59. 175. 176. & seqq. & 4 Resp. 7. n. 48. Vid. Ias. in
l. si convenerit. n. 8. de Jurisdic. & in l. si insulam n. 35. de V. O. Aruma. in d. tr. de
Mora c. 4. num. 46.

F I N I S.

Literatissimo & Politissimo
DN. R E S P O N D E N T I,
amico suo dilecto.

WESLINGI multum te diligo, docte JOANNES,
In promptu causa est; ipse modestus homo es.
VVESLINGI multum tribuo tibi: sic tribuendum,
In promptu causa est: sedulus ipse homo es.
Hoc clarè ostendunt in utrovis jure parata
Publico & in privo dogmata bina simul.
EICHRODIVS præfert civilis lampada juris,
Quiq; offerre queant perspicuè ille docet.
Mox de Romani Imperij me Præside Membris,
Classibus & Circlis disseruisse juvat.
MINDANÆ Patriæ sic inser-vire valebis,
Olim Consilio & dexteritate catâ.
Majoresque tuos, patruos virtute celebres,
Virtutis referes jubare FANE tuo.
Patria sic virtus in nato vivet, a vita,
Sed patrum vivet florida & usq; diu.

Gratulatur

M. Reinhardus König/Philosophiæ
Præticæ & Historiarum Profeflor.

DR. JOHANNES SWONDE N T I

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to fading and bleed-through.

M. B. Einhardus R. P. Philosophia
Practica & Historiam L. O. L. O. L.



Rünteln, Diss., 1624 -60

ULB Halle

3

003 615 197




5b.

WOM







5573

4-

Velitatio Academica III.
DE PUPILLI OBLATIONE ET
OBLIGATIONE.

Quam
Deo Ter Opt. Max. Secundante,
PRÆSIDENTE

Amplissimo, Clarissimo & Consultissimo VIRO,

DN. JOANNE
EICHRODIO, J.U.D.

Illustrissimi Comitis ac Domini

Dn. JUSTI-HERMANNI, Comitis Holla-
tiæ, Schaumburgi & Sternbergæ, Dn. Gehmæ &
Bergæ, Consiliario, & in Inclyta ad Visurgim Academia Co-
dicis & Consuetud. Feud. Professore Publico, Facultatisq;
Juridicæ Seniore, Præceptore & Promotore suo longè
suspiciendo & æviternum colendo.

IN ILLUSTRITHEMIDOS ACRÖATERIO

Ad diem 15. May horis matutinis

Publicè defendendam

suscipiet.

JOANNES WESLINGIUS
MINDANUS.



Rinthelij ad Visurgim

Typis PETRI LUCII, Typograph. Acad. m.

M. DC. XXIV.

4 1/2